This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

24171 d. 2

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

B
BOOL. LIBR.
FOREIGN
PROGRESS

HISTORIAE HUNGARICAE FONTES DOMESTICI.

CHRONICA HUNGARORUM.

I MAGISTRI P. BELAE REGIS NOTARII

II MAGISTRI SIMONIS DE KEZA

GESTA HUNGARORUM.

III CHRONICON PICTUM VINDOBONENSE.

AD FIDEM CODICUM RECENSUIT, OBSERVATIONES, DISQUISITIONEM DE AETATE BELAE REGIS NOTARII, ET ANIMADVERSIONES CRITICAS ADDIDIT

M. FLORIANUS.

BOOL. LIBR.
FOREIGN
PROGRESS

LIPSIAE 1883.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIAE HUNGARICAE

FONTES DOMESTICI.

PARS PRIMA.

SCRIPTORES.

VOLUMEN II

CHRONICA HUNGARORUM.

Digitized by Google

CHRONICA HUNGARORUM.

I MAGISTRI P. BELAE REGIS NOTARII

II MAGISTRI SIMONIS DE KEZA

GESTA HUNGARORUM.

III CHRONICON PICTUM VINDOBONENSE.

AD FIDEM CODICUM RECENSUIT, OBSERVATIONES, DISQUISITIONEM DE AETATE BELAE REGIS NOTARII, ET ANIMADVERSIONES CRITICAS ADIECIT

M. FLORIANUS.

LIPSIAE 1883.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Magno solent esse impedimento hominibus, in perquirenda narrationum historicarum veritate occupatis, prisci aevi monumentorum minus accuratae, vel studio interpolatae editiones.

Doctum virum Ladislaum Endlicher, custodem quondam bibliothecae caesareae Vindobonensis, de Belae regis notario et legibus S. Stephani optime mevitum, editorem fuisse operis collectitii cui titulus: Rerum hungaricarum monumenta Arpadiana. Sangalli. 1849 non crederemus; nisi Fred. de Tschudi in praefatione libri id certo adfirmaret. „Postremum monumentorum Arpadianorum rerum hungaricarum scapum lectoribus exhibentes nos decet editoris memoriam animo celebrare gratissimo. Vix ei licitum erat novissima huius optimae editionis verba scribere — quum ex amicorum consuetudine ex uniuersitate literaria, ex patria, cui e sumptu suo operam praebuerat, fato ereptus est."

Primum enim huius collectionis monumentum, librum nempe anonymi notarii cum codice superstite Vindobonensi conferenti, multa transposita et addita, plura omissa, plurima immutata apparebunt. Menda et interpolationes ultimae huius editionis collegimus et perscripsimus in observationibus nostris.

Confert quidem non parum ad fidem ignoto historico faciendam convenientia rerum narratarum cum aliis non dubiis earum monumentis: sed possumus etiam ex forma et ratione scripturae aetatem codicis autographi, ex aetate vero, quanta sit auctori habenda fides, utcunque divinare.

Unicus praesertim incerti aevi scriptoris codex, dari debet cum propria, licet varia, tum nominum propriorum, tum aliorum vocabulorum scriptura; imo cum ipsis erratis et emendationibus: ut inde ductis argumentis, diligens rei indagator, de aetate librarii, et sitne scriptum autographum statuere possit.

I. Codicem hunc bibliothecae caesareae numero 514 signatum ut potuimus diligenter exscripsimus, typisque exprimere conati sumus, probe gnari, libri veteris scripturam ad arbitrium editorum varie conformatam nulli usui critico aptam esse.

Digitized by Google

Descriptionem codicis, et seriem priorum editionum damus verbis doctissimi Endlicheri, e prolegomenis ad editionem anni 1827.

„Codex manuscriptus bibliothecae caesareae Vindobonensis, inter codices mss historiae profanae latinos trigesimus supra sexcentesimum (vetus signatio), praeter Caspari Pansae iter e Germaniae finibus in Galliam anno 1610 susceptum, quod in charta scriptum est, foliis membranaceis quatuor et viginti, formae, quam quadripartitam nominant, maioris, aureum Anonymi Belae regis notarii de gestis Hungarorum libellum complectitur. (Hodie a chartaceo separatus est.)

Codicis anno 1665 Ambrasio, arce Tyrolis, ubi cum multis aliis egregiis omnigenae historiae monumentis, inter archiducum Austriae cimelia recondebatur, bibliothecae caesareae Vindobonensi illati, magnus ille Petrus Lambecius, in diario sacri itineris Cellensis (additam. II. p. 267) primus omnium meminit. — — Joannes Georgius Schwandtnerus anno demum 1746 inter reliquos historiae hungaricae scriptores veteres, meliori utique consilio quam felici successu typis exscribendum curauit.

Absoluitur codex ut diximus foliis membranaceis viginti et quatuor. Membrana tactu glabra, duriuscula, sed quod in membranis magnae laudis esse solet, candida. Foramina et scissurae, quas prius quam in scribendi usum adhiberetur habuit, voces enim intercalant tantummodo, aut syllabas dirimunt, nil prorsus absorbent, cum plurimis aliis codicibus membranaceis ei communes sunt.

Primi folii facies anterior vacua relicta, ad eum haud dubie finem, ut data opportunitate, calligrapho aut rubricatore, qui ut apud graecos vix non semper, ita et apud latinos, non raro a librario, qui codicem exarauit, diuersus omnino fuit, titulus opusculi, pro eius aeui more modoque adpingeretur. Quod quidem in nostro, prout in aliis multis, factum est nunquam. Defectum hunc ut suppleret Sebastianus Tengnagelius bibliothecae caesareae olim praefectus, albae paginae schedulam adglutinauit, inscripto lemmate: Historia hungarica de septem primis ducibus Hungariae, auctore Belae regis notario. Inepte sane; cum hic titulus neque opusculo conueniat, et verba, quibus codex caesareus orditur: Incipit prologus in gesta hungarorum — satis superque indicent, librum hunc de gestis hungarorum,

Digitized by Google

ut pleraque nostra chronica vetera, inscribendum fuisse; ut praetermittamns hoc loco, quod infra ostendetur, sed Tengnagelio innotescere nondum potuit, ipsius hocce opusculum, sub titulo: Libri de gestis hungarorum, aevo iam Belae IV-i citari, Titulum a Tengnagelio excogitatum Scwandtnerus praefixit, quo expuncto, nos genuinum: Libri de gestis hungarorum — lemma reposuimus.

Reliquae codicis paginae subtilibus lineis ad amussim ductis paribus intervallis diremtae, versus, paucis paginis, quae triginta tres aut quinque continent exceptis, triginta quatuor exhibent. Ultima denique pagina (fol. 24-o) utut tota lineis signata, nil praeter quinque versus exaratos continet, in quibus librarius opusculum vel absoluit, vel ut aliis placet, in scriptione nonnisi conquieuit. Diremtus est praeterea textus in capita, singulis capitibus praefixo inter lineas lemmate, minio exarato, spatio cui ea a rubricatore, in nostro quoque, si recte vidimus, a librario diverso, una cum initialibus litteris adpingerentur, vacuo relicto. Quo tamen haud semper sufficiente, quaepiam ad marginem retrudenda erant. Numeri sectionibus istis ab eodem Tengnagelio adpositi, a Schwandtnero (et ab ipso Endlichero) in textum illati sunt.

Editiones. Schwandtneri 1746—48 tribus voluminibus in folio. Tomus primus magnae huius collectionis historicae Tyrnaviae 1765 tribus voluminibus in 8-o, et ab anno 1766—68 iterum Vindobonae in 4-o recusus, primae editionis textum, novis erroribus typographicis deformatum exhibet. Nec melius in Calendariis Tyrnaviensibus anni 1765—66 repetitus est. Unica vice Anonymus, dignus utique, qui maxima cum industria a nostris ederetur, et in omnium manibus sit, seiunctim a reliquis historiae patriae fontibus lucem vidit Cassoviae typis collegii academici societatis Jesu anno 1772, 120 paginis in 12-o editus.“

His editionibus adnumeramus duas ipsius Endlicheri. Prioris titulus: Anonymi Belae regis notarii de gestis hungarorum liber. Textum ad fidem codicis membranacei Vindobonensis recensuit, prolegomena et indices addidit Stephanus Ladislaus Endlicher hungarus Posoniensis. Viennae typis et sumtibus Caroli Gerold. 1827. Forma 12-a paginas habet 272. Posterior primo inter monumenta Arpadiana loco posita est in libro cui titulus: Rerum hungaricarum monumenta Arpadiana. Edídit Stephanus Ladislaus Endlicher. Sangalli.

Digitized by Google

1849. Forma 8-a. Titulus vero ipsius libelli: Anonymi Belae regis notarii de gestis hungarorum liber. E codice membranaceo saeculi XIV. bibliothecae palatinae Vindobonensis

II. Magistri Simonis de Keza clerici Ladislai III-i regis binas e duobus codicibus editiones habemus. Primam curante Alexio Horányi, Vindobonae typis Josephi. Nob. de Kurzbök, et Budae typis Catharinae Landerer viduae, anno 1782. Alteram recensente Josepho Podhradczky Budae 1833 impressam.

De codice primae editionis sic Horányi: „Caussam Hungariae civibus pergratam me agere putavi, si mole quidem tenuibus, sed rerum amplitudine insignibus Simonis de Keza, charactere gothico exaratis chronicis typorum beneficio vitam accenderem; quae religiosissimus ac doctissimus provinciae pater Eugenius Kosa Ord. S. Francisci obscuro quodam Hungariae angulo delitescentia, et insignem vetustatem praeferentia e tenebris eruit, mihique, utpote cultori et amico suo singulari humanitate et benevolentia prelo subiicienda communicauit. Codex hic in forma duodecima nouem et sexaginta columnis absolvitur, ac scriptoris nomen, conditionemque in fronte indicat.“ p. 4—5.

Altera Podhradczkyana editio iam non ex vetere aliquo codice, sed ex apographo Hevenesiano facta est, ut editor in praefatione ad lectorem docet: „Prostantes Kezae chronici editiones, liberalitate viri in me studiaque mea benevolentissimi RR. ac Magnifici D. Georgii Fejér ad fidem msti Kis-Martoniensis aeque membranacei, cuius copiam immortaliter apud nos de re codicillari meritus Gabriel Hevenesy hungarus Miczkensis, natus 1656 —|— 1715 S. J. sacerdos die 16-a Mai 1701 fecerat, et volente principe Paulo condam Estoraz regni Hungariae palatino msptis suis in folio littera V notato alias tomo LXX pag. 1—15, quin de illius forma ac aetate quidquam memoriae prodidisset, inseruerat, scrupulosius contuli, lectionum varietatem annotavi. Puto autem bina modo haec apographa, Horányianum nempe ac Eszterházyanum genuini Kezae chronici, quod pro deperdito habetur, exemplaria esse, quod non ultra annum 1282, nostri forte emortualem, producantur; tum quod alia quae habemus per me solerter collata, magnopere differant.“ p. VI—VIII.

Tertium etiam Simonis nostri codicem novit, et editionem eius commemorat vir in Hungaria quondam celeberrimus Franciscus

Digitized by Google

Toldy, qui in praefatione Chronici Posoniensis Budae anno 1852 editi ita de codicibus Kezaianis disserit: 1. „Codex P. Eugenii Kósa membranaceus, nunc iam deperditus, ex quo Horányius suum Kezaium anno 1782 bis edidit. Apographum eius quondam Batthyanianum nunc in bibliotheca Academiae Hungaricae conservatur. 2. Codex Pauli quondam principis Eszterházy Kismartoniensis membranaceus, in quem ante decennium circiter, sed proh dolor! frustra indagavi. Cuius tamen duo existunt apographa: alterum Gabrielis Hevenesi anni 1701 in bibliotheca universitatis nostrae asservatum; alterum 1705 confectum bibliothecae Telekianae Maros-Vásárhelyini est. Ex apographo priori edidit Cl. Podhradczkyus Kezaium suum, e ceteris simul chronicis emendatum, variantibus lectionibus illustratum Budae 1833. 3. Codex Joannis quondam Sambuci chartaceus, opinione celeberrimi Kollarii seculi XIV-i exeuntis, iuxta Endlicherum XV-i, iuxta Engelium plane XVI-i bibliotheecae palatinae Viennensis. Ex hoc codice inseruit illum Endlicherus noster Monumentis suis rerum hung. Arpadianis anno 1849 Sangalli impressis, sed quod summopere dolendum, resecta con'inuatione anonymi, quae usque Caroli I. regis mortem progreditur." Et in praefatione sua ad Marci Chronica Pestini 1867 edita: „Inter haec primo loco ponendum Simonis de Keza opusculum de gestis hunorum et hungarorum, cuius recensionem Endlicherianam in rerum hungaricarum Monumentis Arpadianis Sangalli 1849 typis expressam adhibui."

Et Toldy quidem de codicis Vindobonensis Kezae opus continentis per Endlicherum facta recensione et editione securus fuit: nos editionem illam nullo in numero habendam esse dicimus, inscriptionemque: „E codice chartaceo seculi XV-i bibliothecae palatinae Vindobonensis" mendacium literarium, nec leve, sed magnum et impudens esse declaramus.

Haec editio Horányianam reddit, ita ut ne in praefatione quidem ad regem Ladislaum et prologo, quae in codice etiam Vindobonensi leguntur, huius codicis ullam rationem habeat. Scribit enim: „Mulieres quaedam nomine Baltrame nominantur" cum Hor. Vindobonensis rectius: mulieres quae patrio nomine B. nominantur. Porro V. habet: „pervagantes per deserta loca sive litora paludis Meotide" — editio cum Hor. „perv. per des. littora pal. Meotidis. Pagina vero 85-a de constructione turris ponit verba quae Horányi

Digitized by Google

genuinae codicis lectioni substituerat e suo: „et plateas diversimode petris coloratis ductibusque abstractas“ ubi Hor. adnotat: „Sic emendo. cum in membrana legam: duusuusque astracatas.“ In V. legitur: „petris coloratis et diuersis abstractas.“ Et quod magis mirere ubi Hor. varias codicis huius Vindobonensis lectiones adnotat, Sangallensis illis neglectis contextum Hor. exhibet. Quid multa? repetitam videmus editionem Horanyianam anni 1782.

Sed cur non producis tu, inquies codicem illum Vindobonensem, quem pervolutasse, videris? Respondimus: codici illi in hoc volumine locus non est, eorum enim qne M. Simon propria habet; praeter praefationem et prologum, nihil omnino in eo codice reperitur, pertinetque ad familiam chronici Vaticani, Budensis, et similium.

Recte igitur iudicavit ante hos quinquaginta annos vir multae lectionis et de historia hungarica optime meritus Josephus Podhradczky praeter duos memoratos Simonis codices, quae in presentia vel perierunt vel alicubi delitescunt, tertium non exstare. Nos hic editionem Horányianam repetimus, cum variis apographi Hevenesiani lectionibus et supplementis, plerumque sine omni signo, aliquando literis He. signantes.

III. Chronicorum hungaricorum editionem magno codicum manu exaratorum editorumque apparatu adgressus fuerat vir Hungarorum literatissimus Franciscus Toldy. Duos huius generis libros eius opera in lucem emissos habemus: Chronicon Posoniense (1852), et Marci Chronicon cui titulus „Marci Chronica de gestis Hungarorum ab origine gentis ad annum MCCCXXX producta. E codice omnium qui exstant antiquissimo bibliothecae palatinae Vindobonensis picto, adhibitis in usum ceteris tam mss. quam impressis chronicis genuino nunc primum restituto textu. Recensuit, varias lectiones annotavit, praefatus est Franciscus Toldy consiliarius regius, bibliothecae universitatis Hung. praefectus. Versionem hungaricam adiecit Carolus Szabó bibliothecae Musei Transylvanici custos. Ornataque praeter effigiem compilatoris, plurimis picturis ad similitudinem codicis palatini effictis. Typis exscripsit, edidit Gustavus Emich Acad. Scient. hung. typographus Pestini A. D. MDCCCLXVII.“

Narrant aliqui rerum hungaricarum scriptores Marcum quemdam, originem et res gestas Hungarorum in adversaria sua retulisse. Sed non dicunt scripseritne is partem aliquam chronicae, ut tunc dicebatur, an interpolaverit tantum, consarcinaveritque aliquam post Simonem de Keza factam editionem.

Digitized by Google

Nostra parvi refert Marcus ne fuerit an Caius nomen ignoti hominis, codicemque illum quem doctissimus Toldy amplo et splendido apparatu edidit, Pictum Vindobonense appellamus. De hoc codice sic primus editor in praefatione: „Post evolutos quingentos et ultra annos, omnium qui aetatem tulerunt codicum ad leges criticae exacta collatione, nunc primum pristinae ac genuinae formae suae restituta (compilatio) typis elegantissimis exscripta, iconibusve mirae artis ornata orbi literario offertur.“ Enumeratis deinde 12 partim scriptis partim impressis Chronicis cum quibus contextum contulerat, concludit: „Quibus adminiculis mihi adiuto curae fuit, ut contextum quantum fieri potuit sincerum darem, nihil apponens quod non ad fidem cuiuspiam ex iis cod. exactum sit, qui ipsius Marci compilationem reddunt. In nominibus duntaxat propriis locorum personarumque, quae ob librariorum inscitiam saepissime mire corrupta sunt, adoptandae fuere lectiones aliorum quoque exemplarium, quae non e Marco, sed e communibus cum eodem fontibus sua hauserunt.“

Nova haec a docto viro constituta codicis lectio satisfacere quidem poterit lectoribus, modum tantum et seriem rerum narratarum scire volentibus; non vero illis, qui de aetate etiam et fide auctoris certiora nosse exoptant. Multa eorum quae vir doctus immutavit, attentius consideranti bene posita fuisse videbuntur. Nec librarius qui codicem typis inprimendum exscripsit, officio suo ubique bene functus dici potest.

Doctus editor locum codicis: „Secundum Josephum a Tauro et Amano montibus Sycilie et Syrie.“ p. 3. ita emendat e Turócio: „a Tauro et Imao montibus Scythiae et Syriae.“ Nec recte. Scribit enim laudatus in codice Josephus Antiqq. I. 6. 1: „Japheth filius Noe septem habuit filios, qui incolunt incipiendo a Tauro et Amano montibus etc.“ Amanus vero vocatur mons non Scythiae, sed Ciliciae, nec procul distat a Tauro, teste Cicerone provinciae quondam proconsule: „Confestim iter in Ciliciam feci per Tauri pylas Tarsum veni a. d. III. Non. Oct. Inde ad Amanum contendi, qui Syriam a Cilicia dividit.“ Att. V. 20.

Narratur in Chronico p. 5-a quomodo Hunor et Mogor casu invenerint in deserto „uxores ac filios filiorum Bereka.“ Haec est omnium quae exstant codicum lectio. Vir doctus filias substituit. Sed negligit accommodare ea, quae sequuntur, prioribus: „Accidit

Digitized by Google

autem Dule principis Alanorum — inter illos pueros duas filias comprehendi.“ Sic cum codice Toldy. Turócius, cuius emendationem editor adoptavit, hunc etiam locum interpolat, deletque „illos pueros“ et scribit: „Contigit autem eosdem in hac rapina inter caeteras Dulae principis Alanorum duas filias virgines etc.“

Subiungimus unum et alterum perversae lectionis exemplum: „Illos potioribus attollit insigniis dignitatum et paroemiorum uberiori retributione prosequitur.“ p. 1. Codex premiorum habet. „Vlachis, qui ipsorum coloniae extitere, remanentibus“ p. 14. Pro coloni codicis.

Sed parcimus famae viri magna quondam inter populares suos eruditionis gloria conspicui. Si cui operae pretium videbitur varias illius et nostrae editionis lectiones colligere, plurimas adnotatas reperiet in ima parte paginarum litera T. signatas, vel signo carentes.

Nos in omnibus scripturam codicis bibliothecae palatinae Vindobonensis numero 405 signati secuti sumus. Varias autem lectiones e nullo alio praeterquam chronici dicti acephali codice membranaceo eiusdem bibliothecae, numero 545 signato adposuimus. Quia codex iste Chronico Picto aetate aequalis plura continet, quae in aliis eiusdem familiae desiderantur; et licet Toldy, ut scribit, eum ad manum habuerit et legerit, nemo adhuc, quod sciamus propria et peculiaria eius vulgavit. Litera A. hunc codicem indicat.

Disquisitionem etiam de aetate regii notarii, animadversionesque criticas in vindicias Hartvicianas huic volumini adiecimus, ut magnanimis historiae patriae fautoribus palam fiat, longo tantum studio, et labore ex amore patriae suscepto, in eruenda veritate historiarum nostrarum aliquantum profici posse; nec eos qui nostra aetate gesta et fata gentis Hungaricae populari sermone conscripserunt omnia praestitisse, quae a viris historici nomine vere dignis iure requiruntur. Plura enim supersunt, quae homo mercede tantum proposita, vel gloriolae cupidine ad scribendum inductus praestare nunquam poterit.

Disquisitiones criticae de auctoribus Chronicorum, eorumque aetate et fide, post editionem omnium quae exstant huius generis, differri debent, cum de veritate locorum laudatorum ex ipso contextu lector iudicare poterit.

Digitized by Google

I.

Magistri P. Belae regis notarii

GESTA HUNGARORUM.

Incipit prologus in gesta hungarorum. [1]

P. dictus magister | ac quondam bone memorie gloriosissimi Bele regis | hungarie notarius N suo dilectissimo amico uiro | uenerabili et arte litteralis sciencie imbuto salutem | et sue peticionis affectum. Dum olim in scolari studio | simul essemus, et in hystoria troiana, quam ego cum summo amore | complexus ex libris darethis phrigii ceterorumque auctorum, sicut a magistris meis audiueram in unum uolumen proprio stilo compilaueram | pari uoluntate legeremus, petisti a me, ut sicut hystoriam troianam bellaque grecorum scripseram, ita et genealogiam regum | hungarie et nobilium suorum, qualiter septem principales persone | que Hetumoger uocantur, de terra scithica descenderunt, uel | qualis sit terra scithica, et qualiter sit generatus dux almus | aut quare uocatur almus primus dux Hungarie, a quo reges Hungarorum originem duxerunt, uel quot regna et reges sibi subiugauerunt, aut quare populus de terra scithica egressus per ydioma alienigenarum Hungarii, et in sua lingua propria mogerii uocantur, tibi scriberem. Promisi enim me facturum, sed aliis negotiis impeditus, et [2] tue peticionis et mee promissionis iam pene eram oblitus, nisi mihi per litteras | tua dilectio debitum reddere monuisset. Memor igitur tue dilectionis, quamuis multis et diuersis huius

[1] hungarum C. [2] additum C.

Digitized by Google

laboriosi seculi impe|ditus sim negotiis, facere tamen aggressus sum, que facere ius|sisti, et secundum tradiciones diuersorum hystoriographorum diui|ne gracie fultus auxilio, optimum estimaui, ut ne posteris in | ultimam generationem obliuioni tradatur. Optimum ergo duxi, ut | uere et simpliciter tibi scriberem, quod legentes possint agnoscere | quomodo res geste essent. Et si tam nobilissima gens hungarie | primordia sue generationis et fortia queque facta sua ex falsis fa|bulis rusticorum, uel a garrulo cantu ioculatorum quasi sompnian|do audiret, ualde indecorum, et satis indecens esset. Ergo potius | a modo de certa scripturarum explanatione et aperta hystoriarum | interpretatione rerum ueritatem nobiliter percipiat. Felix igitur hun|garia, cui sunt dona data uaria. Omnibus enim horis gaudeat | de munere sui litteratoris. Quia exordium gene-
II. 1 alogie re|gum suorum et nobilium habet, de quibus regibus sit laus et honor regi | eterno, et sancte maRie matri eius per gratiam cuius reges hungarie, et | nobiles regnum habeant felici fine hic et in eternum. AMEN.

Scithia igitur **I De Scithia.**

maxima terra est, que dentumoger dicitur, uersus orientem | finis cuius ab aquilonali parte extenditur usque ad nigrum pontum. | A tergo autem habet flumen, quod dicitur Thanais, cum paludibus magnis ubi ultra modum habundanter inueniuntur zobolini, ita | quod non solum nobiles et ignobiles uestiuntur inde, uerum | etiam bubulci et subulci ac opiliones sua decorant | uestimenta in terra illa. Nam ibi habundat aurum et argen|tum, et inueniuntur in fluminibus terre illius preciosi lapides | et gemme. Ab orientali uero parte uicina Scithie fuerunt | gentes Gog et Magog, quos inclusit magnus alexander. Scithica autem terra multum patula in longitudine et latitudine. | Homines uero qui habitant eam uulgariter dentumoger di|cuntur usque in hodiernum diem, et nullius unquam impera|toris potestate subacti fuerunt. Scithici enim sunt antiquiores | populi, et est potestas scithie in oriente ut supra

Digitized by Google

diximus. | Et primus rex Scithie fuit magog filius iaphet, et gens | illa a magog rege uocata est moger. A cuius etiam progenie regis | descendit nominatissimus atque potentissimus rex athila, qui anno | dominice incarnationis CCCCLI-o de terra scithica descendens | cum ualida manu in terram pannonie uenit; et fugatis romanis regnum obtinuit. Et regalem sibi locum constituit iux|(ta)*) danubium supra calidas aquas, et omnia antiqua opera que | ibi inuenit, renouari precepit, et in circuitu muro fortis|simo edificauit, que per linguam hungaricam dicitur nunc | buduuar, et a teothonicis Ecilburgum uocatur. Quid plura? Iter hystorie teneamus. Longo autem post tempore de progenie | eiusdem regis magog descendit vgek pater almi ducis | a quo reges et duces Hungarie originem duxerunt, sicut in sequen|tibus dicetur. Scithici enim sicut diximus, sunt antiquiores populi, de qui|bus hystoriographi, qui gesta Romanorum scripserunt sic dicunt, | quod Scy- III. 1
thica gens fuissent sapientissimi et mansueti, qui terram non labo|rabant, et fere nullum peccatum erat inter eos. Non enim habebant | domos artificio paratas, sed tantum temptoria de filtro parata. Carnes | et pisces et lac et mel manducabant, et pigmenta multa habe|bant. Vestiti enim erant de pellibus zobolorum et aliarum ferarum. Aurum | et argentum et gemmas habebant sicut lapides, quia in fluminibus | eiusdem terre inueniebantur. Non concupiscebant aliena; quia om|nes diuites erant, habentes animalia multa et uictualia suffici|enter. Non erant enim fornicatores, sed solummodo unus quisque suam | habebat uxorem. Postea uero iam dicta gens fatigata in bello | ad tantam crudelitatem peruenit, ut quidam dicunt hystorio|graphi, quod iracundia ducti humanam manducassent carnem, | et sanguinem bibissent hominum. Et credo quod adhuc eos ag|noscetis duram gentem fuisse de fructibus eorum. Scithica enim | gens a nullo impera-

*) ta om. C.

Digitized by Google

tore fuit subiugata, nam darium regem Persarum cum magna turpitudine Scithici fecerunt fugere | et perdidit ibi darius octoginta milia hominum; et sic cum | magno timore fugit in persas. Item Scithici Cirum regem | persarum cum trecentis et XXX milibus hominum occide-
20 runt. | Item Scithici alexandrum magnum filium phylippi regis et regine olympiadis, qui multa regna pugnando sibi subiugauerat, ipsum etiam turpiter fugauerunt. Gens enim Scithica dura erat ad sustinendum omnem laborem, et erant | corpore magni Scithici, et fortes in bello. Nam
25 nichil habuissent in mundo quod perdere timuissent, pro illata sibi iniuria. Quando enim Scithici uictoriam habebant nichil de | preda uolebant, ut moderni de posteris suis, sed tantum|modo laudem exinde querebant. Et absque dario et Cyro | atque alexandro nulla gens ausa fuit in
30 mundo in terram illorum intrare. Predicta uero Scithica gens dura erat | ad pugnandum, et super equos ueloces, et capita in galeis tenebant, et arcu ac sagittis meliores erant super omnes | nationes mundi, et sic cognoscetis eos fuisse de posteris | eorum. Scithica enim terra quanto
IV. 1 a torrida zona remotior est, | tanto propagandis generibus salubrior. Et quamuis admodum sit spatiosa, tamen multitudinem populorum inibi generatorum nec alere | sufficiebat, nec capere. Quapropter septem principales persone, qui hetu|moger dicti sunt, angusta locorum non sufferentes
5 ea maxime deuitare cogitabant. Tunc hęę septem principales persone, habito inter | se consilio, constituerunt, ut ad occupandas sibi terras quas | incolere possent, a natali discederent solo sicut in consequentibus | dicetur. **II Quare hungari dicitur.**

Nunc restat dicere quare populus de terra scithica egres-
10 sus | hungari uocantur. Hungari dicti sunt a castro hungu, eo | quod subiugatis sibi sclauis VII principales persone intrantes terram pannonie diutius ibi morati sunt. Vnde omnes nationes | circumiacentes uocabant almum filium Vgek ducem de hunguar et suos milites uocabant

Digitized by Google

hunguaros. Quid plura? His | omissis redeamus ad propositum opus, iterque hystorie teneamus, et | ut spiritus sanctus dictauerit, inceptum opus perficiamus. **III De almo primo duce.**

Anno dominice incarnationis DCCCXVIIII | Vgek sicut supra diximus longo prius tempore de genere magog regis erat quidam nobilissimus dux Scithie, qui duxit | sibi uxorem in dentumoger, filiam cunedubeliani ducis | nomine emesu. De qua genuit filium, qui agnominatus est almus. | Sed ab euentu diuino est nominatus almus, quia matri eius pregnanti per | sompnium apparuit diuina uisio in forma asturis, que quasi ueniens eam grauidauit. Et innotuit ei, quod de utero eius egre deretur torrens, et de lumbis eius reges gloriosi propagarentur, sed | non in sua multiplicarentur terra. Quia ergo sompnium in lingua | hungarica dicitur almu, et illius ortus per sompnium fuit pronosticatus, ideo ipse uocatus est almus. Vel ideo uocatus est almus, id est | sanctus; quia ex progenie eius sancti reges et duces erant nascituri. | Quid ultra? **IV De duce almo.**

Dux autem almus postquam natus est in mundum factum est duci | ugek et suis cognatis gaudium magnum, et fere omnibus primatibus Scithie, eo quod pater suus vgek erat de genere magog regis. Erat enim ipse almus facie decorus | sed niger, et nigros habebat oculos, sed V. 1 magnos; statura longus | et gracilis. Manus habebat grossas, et digitos prolixos, et erat ipse almus pius, beneuolus largus sapiens bonus miles. Hylaris dator omnibus illis qui in regno Scithie tunc tempore erant milites. Cum autem ipse almus peruenisset ad maturam etatem, tunc | donum spiritus sancti erat in eo, licet paganus, tamen potentior fuit et | sapientior omnibus ducibus Scithie. Et omnia negotia regni eo | tempore faciebant consilio et auxilio ipsius. Dux autem almus dum ad | maturam etatem iuuentutis peruenisset, duxit sibi uxorem in eadem | terra, filiam. cuiusdam nobilissimi ducis, de qua genuit filium |

Digitized by Google

nomine arpad, quem secum duxit in pannoniam, vt in sequentibus dicetuR. **V De electione almi ducis.**

Gens itaque hungarorum fortissima et bellorum laboribus potentissima, ut superius diximus, de gente scithica, que per ydioma suum proprium dentumoger dicitur, duxit originem. Et terra | illa nimis erat plena ex multitudine populorum inibi generatorum, ut nec alere suos sufficeret, nec capere, ut supra diximus. | Quapropter tunc VII principales persone, qui Hetumoger uocantur usque in hodiernum diem, angusta locorum non sufferentes, habito | inter se consilio ut a natali solo discederent ad occupandas sibi terras | quas incolere possent, armis et bello querere non cessarunt. | Tunc elegerunt sibi querere terram pannonie quam audiuerant | fama uolante terram athile regis esse, de cuius progenie dux | almus pater arpad descenderat. Tunc ipsi VII principales persone | communi et uero consilio intellexerunt, quod inceptum iter perficere non possent, nisi ducem ac preceptorem super se habeant. Ergo | libera uoluntate et communi consensu VII uirorum elegerunt | sibi ducem ac preceptorem in filios filiorum suorum usque ad ultimam generationem Almum filium vgek, et qui de eius generatione descenderent, quia almus dux filius vgek, et qui | de generatione eius descenderant clariores erant genere et potentiores in bello. Isti enim VII principales persone erant uiri nobiles genere, et po-
VI. 1 tentes in bello, fide | stabiles. Tunc pari uoluntate almo duci sic dixerunt. Ex hodierna die te nobis ducem ac preceptorem eligimus. Et quo fortuna tua te duxerit; illuc te sequemur. Tunc supra dicti uiri pro | almo duce more paganismo fusis propriis sanguinibus in unum | uas ratum fecerunt iuramentum. Et licet pagani fuissent | fidem tamen iuramenti, quam tunc fecerant inter se, usque ad | obitum ipsorum seruauerunt tali modo. **VI De iuramento eorum.**

Primus status iuramenti sic fuit: ut quamdiu uita duraret tam ipsis quam etiam posteris suis, semper

Digitized by Google

ducem haberent de progenie almi ducis. Secundus status iuramenti sic fuit quicquid boni per labores eorum aquirere possent, nemo eorum expers fieret. Tercius status iuramenti sic fuit: ut isti | principales persone qui sua libera uoluntate almum sibi dominum | elegerant, quod ipsi et filii eorum nunquam a consilio ducis et | honore regni omnino priuarentur. Quartus status iuramenti | sic fuit: ut si quis de posteris eorum infidelis fieret contra personam ducalem, et discordiam faceret inter ducem et cognatos suos, sanguis nocentis funderetur, sicut sanguis eorum fuit fusus in iuramento quod fecerunt almo duci. Quintus status | iuramenti sic fuit: ut si quis de posteris ducis almi et aliarum personarum principalium iuramenti statura*) ipsorum infringere uoluerit | anathemati subiaceat in perpetuum. Quorum VII uirorum nomina | hec fuerunt; Almus pater arpad. Eleud pater Zobolsu aquo genus | saac descendit. Cundu pater curzan. Ound pater Ete a quo genus | calan et colsoy descendit. Tosu pater lelu, huba a quo genus zemera descendit. VII-us Tuhutum pater horca, cuius filii fuerunt | Gyyla et zombor, a quibus genus moglout descendit, ut inferius | dicetur. Quid plura? Iter hystorie teneamus. **VII De egressu eorum.**

Anno dominice incarnationis DCCCLXXXIIII sicut in annalibus continetur cronicis. Septem principales persone qui hetumoger uocantur egressi sunt de terra scithia uersus occidentem. Inter quos almus dux filius ugek de genere magog regis | uir bone memorie dominus et consiliarius eorum, una cum uxore | sua et filio suo arpad, VII. 1
et duobus filiis Hulec auunculi sui | scilicet Zuard et cadusa, nec non cum multitudine magna populorum, non numerata federatorum de eadem regione egressus est. Venientes autem dies plurimos per deserta loca et fluuium etyl super | tulbou sedentes ritu paganismo transnataue- 5
runt; et nunquam uiam ciuitatis uel habitaculi inuenerunt.

*) sic C. pro statuta.

Digitized by Google

Nec labo|res hominum comederunt, ut mos erat eorum. Sed car|nibus et piscibus uescebantur, donec in rusciam que susudal | uocatur uenerunt. Et iuuenes eorum fere cottidie erant in | uenatione. Vnde a die illo usque ad presens Hungarii sunt | pre ceteris gentibus meliores in uenatu. Et sic almus dux cum | omnibus suis uenientes terram intrauerunt ruscie que | uocatur susudal. **VIII De Rutenia.** Postquam autem ad partes rutenorum peruenerunt sine aliqua | contradiccione usque ad ciuitatem Kyeu transierunt, et | dum per civitatem Kyeu transissent, fluuium deneper trans|nauigando uoluerunt regnum rutenorum sibi subiugare. | Tunc duces rutenorum hoc intelligentes timuerunt ual|de, eo quod audiuerunt almum ducem filium vgek de | genere athile regis esse, cui proaui eorum annuatim tri|buta persoluebant. Attamen dux de hyeu[1]) conuocatis omnibus | primatibus suis, habito inter se consilio, elegerunt ut pug|nam promouerent contra almum ducem. et magis uel|lent mori in bello, quam amitterent regna propria, et sub|iugati essent sine sua sponte duci almo. Statim dux | de Kyeu missis legatis VII duces cumanorum, suos fideliss|simos amicos in adiutorium postulauit. Tunc hy VII | duces, quorum nomina hec fuerunt: Ed, Edum[2]) Etu Bun|ger Ousad pater ursuur Boyta Ketel pater oluptul|ma, non modica multitudine equitum insimul coad|unata, causa amicicie ducis de Kyeu celerrimo cursu | contra almum ducem uenerunt. Et dux de Kyeu cum | (ex)ercitu suo obuiam processit eis, et adiutorio cumanorum | VIII. 1 armata multitudine contra almum ducem uenire | ceperunt. Dux uero almus, cuius adiutor erat sanctus spiritus, armis in|dutus ordinata acie super equum sedendo ibat huc et il|luc confortans suos milites, et facto impetu stetit ante om|nes suos et dixit eis: O Scithici et com- 5 militones mei uiri | fortissimi, memores estote initium uiarum uestrarum quando dixistis | quod terram quam

[1]) sic C. pro Kyeu. [2]) sic C.

Digitized by Google

incolere possetis, armis et bello quereretis. Ergo | nolite turbari de multitudine ruthenorum et cumanorum, qui | assimulantur nostris canibus. Nam canes statim ut audiunt | uerba dominorum suorum, nonne in timorem uertuntur? Quia uirtus non | ualet in multitudine populi, sed in fortitudine animi. An ne|scitis, quia unus leo multos ceruos in fugam uertit, ut dicit qui|dam philosophus? Sed hys omissis dicam uobis: quis enim | potuit contra stare militibus Scithie? Nonne darium regem | persarum Scithici in fugam conuerterunt, et sic cum timore et | maxima turpitudine fugiit in persas? et perdidit ibi octo|ginta milia hominum. Aut nonne cyrum regem persarum | Scithici cum trecentis XXX milibus hominum exciderunt.*) Aut nonne mag|num alexandrum filium philippi regis et regine olimpiadis | qui multa regna pugnando sibi subiugauerat, ipsum etiam | Scithici turpiter fugauerunt? Vnde strenue et fortiter | pugnemus contra eos, qui assimilantur nostris canibus, et sic multi|tudinem eorum timeamus, ut muscarum multitudinem. Hoc au|dientes milites almi ducis multum sunt confortati. Statim|que sonuerunt tubas bellicas per partes, et commixta est u|traque acies hostium, ceperunt|que pugnare acriter inter se. | Et interficiebantur plurimi de ruthenis et cumanis. Pre|dicti uero duces ruthenorum et cumanorum uidentes suos de|ficere in bello, in fugam uersi sunt, et pro salute uite | properantes, in ciuitatem Kyeu intrauerunt. Almus dux | et sui milites persequentes ruthenos et cumanos us|que ad ciuitatem Kyeu, et tonsa capita cumanorum al|mi ducis milites mactabant tanquam crudas cucurbitas. | Duces uero ruthenorum et cumanorum in ciuitatem ingressi | uidentes audatiam Scithicorum, quasi muti remanserunt. **IX De pace inter ducem et ruthenos.**

Dux uero almus | et sui milites adepta uictoria terras ruthenorum sibi subiu|gauerunt, et bona eorum accipientes IX. 1

*) lege oc — nota C.

Digitized by Google

in secunda hebdomada ciui|tatem Kyeu ceperunt expugnare. Et dum scalas ad murum | ponere cepissent, uidentes duces cumanorum et ruthenorum | audatiam scithicorum, timuerunt valde. Et dum hoc intellex|issent, quod eis obsistere non ualerent, tunc missis legatis dux de | Kyeu et alii duces ruthenorum nec non cumanorum qui ibi fuerunt, | rogauerunt almum ducem et principes suos, ut pace face|rent cum eis. Cum autem legati uenissent ad almum ducem | et eum rogassent, ut domini eorum de sedibus non expellerentur suis, | tunc dux almus inito consilio cum suis, sic legatos remisit ru|thenorum, ut duces et primates sui filios suos obsides da|rent, tributumque annuatim persoluerent decem milia mar|carum, et insuper uictum uestitum et alia necessaria. Duces | uero ruthenorum licet non sponte tamen hec omnia almo duci con|cesserunt, sed rogauerunt almum ducem, ut dimissa terra | galicie, ultra siluam Houos uersus occidentem in terram | pannonie descenderet, que primo athile regis terra fuisset. | Et laudabant eis terram pannonie ultra modum esse bo|nam. Dicebant enim quod ibi confluerent nobilissimi fontes | aquarum, danubius et tyscia et alii nobilissimi fontes bonis | piscibus abundantes. Quam terram habitarent sclaui Bul|garii et Blachii, ac pastores romanorum. Quia post mortem | athile regis terram pannonie romani dicebant pascua esse, | eo quod greges eorum in terra pannonie pascebantur. Et iure ter|ra pannonie pascua romanorum esse dicebatur, nam et modo ro|mani pascuntur de bonis hungarie. Quid plura? **X De VII ducibus cumanorum.**

Dux uero almus et sui primates | inito inter se consilio peticioni ducum ruthenorum satis|facientes pacem cum eis fecerunt. Tunc duces ruthenorum | scilicet de Kyeu et sudal,*) ut ne sedibus suis expelle|rentur, filios suos in obsides dederunt almo duci, et cum | eis miserunt X-cem milia

*) sic C. pro susudal.

Digitized by Google

marcarum, et mille equos cum sellis | et frenis more ru- X. 1
thenico ornatis, et centum pueros cumanos | et XL came-
los ad onera portanda, pelles ermelinas et grise|as sine
numero, ac alia multa munera non numerata. Tunc | pre-
nominati duces cumanorum, scilicet Ed Edumen Etu | Bun- 5
ger pater Borsu, Ousad pater vrsuuru, Boyta a quo genus |
Brucsa descendit, Ketel pater oluptulma cum uidissent
pieta|tem almi ducis quam fecit circa ruthenos, pedibus
eius prouoluti | se sua sponte duci almo subiugauerunt
dicentes: Ex ho|dierna die nobis te dominum et precepto-
rem usque ad ultimam | generationem eligimus. Et quo te 10
fortuna tua duxerit illuc te | sequemur. Hoc eciam quod
uerbo dixerunt, almo duci fide iuramenti | more paganismo
firmauerunt. Et eodem modo dux almus et sui | primates
eis fide se et iuramento se constrinxerunt. Tunc hy VII |
duces cumanorum cum uxoribus et filiis suis, nec non
cum magna mul|titudine in pannoniam uenire concesserunt. 15
Similiter et mul|ti de ruthenis almo duci adherentes, se-
cum in panno|niam uenerunt, quorum posteritas usque in
hodiernum diem | per diuersa loca in hungaria habitat.

XI De ciuitatibus lodomeria et Galicia.

Tunc Almus dux et alii principales | persone qui hetumo-
ger dicuntur, nec non duces Cumanorum | una cum cogna- 20
tis et famulis ac famulabus suis | egressi sunt de Kyeu,
et in ductu ruthenorum Kyeuyensium | uenerunt usque
ad ciuitatem lodomer. Dux uero lodomeriensis | et sui
primates obuiam almo duci usque ad confinium regni
cum | diuersis preciosis muneribus processerunt, et ciuita- 25
tem lodome|riam ultro ei aperuerunt. Et dux almus cum
omnibus suis in | eodem loco per tres ebdomadas mansit.
In tercia uero ebdoma|da dux ladomeriensis duos filios suos
cum omnibus filiis | iobagionum suorum duci almo in ob-
sides dedit. Et insuper duo | milia marcarum argenti, et 30
centum marcas auri coeti cum | pellibus et palliis non
numeratis, et CCC equos cum sellis et fre|nis, et XXV
camelos et mille boues ad onera portanda | et alia mu-

Digitized by Google

nera non numerata, tam duci quam suis primati|bus pre-
XI. 1 sentauit. Et in quarta ebdomada dux almus cum suis | in galiciam uenit, et ibi requiei locum sibi et suis elegit. Hoc | dum galicie dux audiuisset, obuiam almo duci cum omnibus suis | nudis pedibus uenit, et diuersa munera ad usum Almi ducis | presentauit, et aperta porta ciuitatis 5 galicie, quasi dominum suum proprium hos|picio recepit, et unicum filium suum, cum ceteris filiis primatum reg|ni sui in obsidem dedit, et insuper X farisios optimos, et CCC | equos cum sellis et frenis, et tria milia marcarum argenti, et CC mar|cas auri, et uestes nobilissimas tam duci, quam omnibus etiam | militibus suis condonauit. Dum 10 enim dux almus requiei locum per men|sem unum in galicia habuisset, tunc dux galicie ceterique consocii | sui, quorum filii in obsides positi erant, sic Almum ducem et suos | nobiles rogare ceperunt, ut ultra houos uersus occidentem | in terram pannonie descenderent. Dicebant enim eis sic, quod terra | illa nimis bona esset, et ibi conflue- 15 rent nobilissimi fontes, quorum | nomina hec essent ut supra diximus: danubius tyscia Wag Morisius Crisius | temus et ceteri, que etiam primo fuisset terra athile regis. Et mortu|o illo preoccupassent romani principes terram pannonie usque ad | danubium, ubi collocauissent pastores suos. Terram uero que iacet | inter thisciam et danu- 20 bium preoccupauisset sibi Keanus magnus dux | bulgarie, auus salani ducis usque ad confinium ruthenorum et | polonorum, et fecisset ibi habitare sclauos et bulgaros. | Terram uero que est inter thisciam et siluam igfon, que iacet | ad erdeuelu a fluuio morus usque ad fluuium zomus, preoccu|pauisset sibi dux morout, cuius nepos dictus 25 est ab hungaris me|numorout, eo quod plures habebat amicas, et terram illam | habitarent gentes qui dicuntur cozar. Terram uero que est | a fluuio mor(u)s usque ad castrum vrscia preoccupauisset | quidam dux nomine glad, de bundyn castro egressus adiutorio cu|manorum, ex cuius 30 progenie ohtum fuit natus, quem postea longo | post tem-

Digitized by Google

pore sancti regis Stephani Sunad filius dobuca nepos regis in castro suo iuxta morisium interfecit, eo quod predicto regi | rebellis fuit in omnibus. Cui etiam predictus rex pro bono seruicio suo, uxorem et castrum ohtum cum omnibus apendiciis | suis condonauit. Sic enim mos est bonorum dominorum suos fideles | remunerare; quod castrum nunc Sunad nuncupatur. Quid ultra? **XII Quomodo pannoniam intrauerunt.** XII. 1

Dux uero almus et sui primates acquiescentes consiliis Rutheno|rum, pacem firmissimam cum eis fecerunt. Duces enim Ruthe|norum ut ne de sedibus suis expellerentur, filios suos ut supra | diximus in obsides dederunt, cum muneribus non numeratis. Tunc | dux galicie duo milia sagittatorum et III-a milia rusticorum anteire precepit, qui eis per siluam houos uiam prepararent, usque ad confinium hung, et omnia iumenta eorum uictualibus et aliis | necessariis onerauit, et pecudes ad uictum condonauit sine nume|ro. Tunc VII principales persone quę hetumoger dicuntur, et | hy VII duces cumanorum, quorum nomina supra diximus una cum | cognatis et famulis ac famulabus, consilio et auxilio ruthenorum ! galicie sunt egressi in terram pannonie. Et sic uenientes per | siluam houos ad partes hung descenderunt. Et cum illuc | peruenissent, locum quem primo occupauerunt Muncas no|minauerunt, eo quod cum maximo labore ad terram quam sibi adoptabant peruenerant. Tunc ibi pro requie laborum suorum XL dies | permanserunt, et terram ultra quam dici potest dilexerunt. Sclaui ! uero habitatores terre audientes aduentum eorum timuerunt ualde, | et sua sponte se Almo duci subiugauerunt, eo quod audiue|rant almum ducem de genere athile regis descendisse. Et | licet homines fuissent salani ducis, tamen cum magno hono|re et timore seruiebant almo duci omnia que sunt neces|saria ad uictum, sicut decet domino suo, offerentes. Et talis ti|mor et tremor irruerat super habitatores terre, et adulaban|tur duci et suis primatibus, sicut serui ad suos proprios dominos. Et | laudabant eis

Digitized by Google

fertilitatem terre illius, et narrabant quomodo mortuo athila rege magnus Keanus proauus ducis salani, dux de | bulgaria egressus, auxilio et consilio imperatoris grecorum preoccupauerat terram illam. Qualiter etiam ipsi sclaui de terra bulgarie conducti fuerunt ad confinium ruthenorum, et qualiter nunc salanus dux eorum se et suos teneret, et quante potestatis esset | circa suos uicinos. **XIII De Hung castro.**

XIII. Dunc*) dux almus et sui primates audientes talia lecio-
1 res | facti sunt solito, et ad castrum hung equitauerunt ut caperent eum. | Et dum castra metati essent circa murum, tunc comes eiusdem | castri nomine loborcy, qui in lingua eorum duca uocabatur fuga lapsus | ad castrum Zemlum properabat. Quem milites ducis persequentes, iuxta | quendam fluuium comprehendentes laqueo suspenderunt in eodem | loco. Et a die illo fluuium illum uocauerunt sub nomine eiusdem | loborcy. Tunc dux almus et sui castrum hung subintrantes diis | immortalibus magnas uictimas fecerunt, et conuiuia per IIII-or | dies celebrauerunt. Quarto autem die inito consilio, et accepto iuramento omnium suorum, dux almus ipso uiuente filium suum | arpadium ducem ac preceptorem constituit. Et uocatus est arpad dux hunguarie, et ab hungu omnes sui milites uocati | sunt hunguari secundum linguam alienigenarum, et illa uocatio | usque ad presens durat per totum mundum. **XIV De arpad duce.**

Anno dominice incarnationis DCCCCIII arpad | dux missis exercitibus suis totam terram que est inter | thisciam et budrug usque ad Vgosam sibi cum omnibus habitatoribus suis preoccupauit, et castrum borsoa obsedit, et tertio die | pugnando apprehendit, muros eius destruxit, et milites | salani ducis quos ibi inuenit cathenis ligatos in castrum Hung duci precepit. Et dum ibi per plures dies | habitassent, dux et sui uidentes fertilitatem terre, et | habun-

*) sic C. pro: tunc.

Digitized by Google

dantiam omnium bestiarum, et copiam piscium de flu|minibus thiscie et budrug, terram ultra quam dici potest | dux Arpad et sui dilexerunt. Tandem uero dum hec omnia | que acta fuerant dux salanus a suis fuga lapsis au|diuisset, manum leuare ausus non fuit. Sed missis legatis suis more bulcarico ut mos est eorum minari cepit, et arpadium ducem hungarie quasi deridendo salutauit, et suos pro risu hunguaros appellauit et multis modis mirari cepit qui essent et unde uenissent, qui talia ausi facere fuissent, et mandauit eis ut mala facta sua emendarent, et fluuium Budrug nullo XIV. 1 modo | transire auderent, ut ne ipse ueniens cum adiutorio grecorum et | Bulgarorum de malo facto eorum eis uicem reddens uix aliquem | dimitteret, qui ad propria remeans salutis gaudia nuntiaret. Missi uero | salani ducis uenientes ad castrum Zemlin et transito fluui|o Budrug, secunda die a ducem arpadium peruenerunt, tercio | autem die ducem arpadium uerbo domini sui salutauerunt, et man|data eius duci arpadio retulerunt. Dux arpad audita le|gatione salani superbi ducis, non superbe sed huhumiliter ei respon|dit dicens. Licet proauus meus potentissimus rex athila habu|erit terram, que iacet inter danubium et Thysciam usque ad confi|nium bulgarorum quam ipse habet; Attamen ego non propter aliquem | timorem grecorum uel bulgarorum, quod eis resistere non ualeam, | sed propter amiciciam salani ducis uestri, peto de mea iusticia unam | particulam propter pecora mea, scilicet terram usque ad fluuium | louyou*), et insuper peto ab ipso duce uestro, ut mittat mihi gracia | ipsius duas lagungulas plenas aqua danubii, et unam sarci|nam de herbis sabulorum olpar, ut possim probare si sint | dulciores herbe sabulorum olpar herbis scythicorum, et dentumo|ger,

*) sic C. pro: souyou.

Digitized by Google

et aque danubii si sint meliores aquis thanaydis. Et data | eis legatione, diuersis eos muneribus ditauit, et capta be|neuolencia eorum repatriare precepit. Tunc dux arpad inito consi|lio eodem modo misit nuncios suos ad salanum ducem, et misit | ei XII albos equos, et XII camelos, et XII pueros cumanicos, | et ducisse XII puellas ruthenicas prudentissimas, et duodecim | pelles ermelinas, et XII zobolos, et XII pallia deaurata. Et | missi sunt in legatione illa de nobilioribus personis Oundu pa|ter Ethe, et alter Ketel pater oluptulmae. Et iterum miserunt | quendam strenuissimum militem nomine tursol causa spec|taculi, qui inspiceret qualitatem terre, et cicius reuersus nuntiaret | domino suo duci arpad. **XXV De oamèro castro.**

Missi uero arpad ducis oundu pater ethe, et Ketel pater | oluptulma et turzol miles cumanus, cuius genealogia de|fe|cit in semet ipso, uenientes fluuium Budrug transnata-
XV. 1 ue|runt in illo loco, ubi paruus fluuius manans a saturholmu descen|dit in Budrug. Et sic transeuntes fluuium Budrug cum pre|dictum paruum fluuium transirent quasi leti, tunc per inunda|tionem aquarum Ketel equo offendente, in aquam submersus est, et | sociis suis adiuuantibus uix a leto liberatus est. Tunc fluuius ille per | socios Ketel uocatus est per risum Ketelpotaca. Et postea dux arpad | per graciam suam totam terram cum habitatoribus suis eidem Ke|tel a satorholmu, usque ad fluuium tulsuoa condonauit. Et non tantum | hec sed etiam maiora hys condonauit, quia dux arpad sub|iugata sibi tota terra Pannonie, pro fidelissimo seruicio suo eidem | Ketel dedit terram magnam iuxta danubium ubi fluuius Wag | descendit. Vbi postea oluptulma filius Ketel castrum construxit | quod Camarum nuncupauit. Ad seruicium cuius castri tam de populo secum | ducto, quam etiam a duce aquisito duas partes condonauit. Vbi | etiam longo post tempore ipse Ketel, et filius suus tulma more | paganismo sepulti sunt. Sed terram illam que nunc Ke|telpotaca uocatur posteritas eius usque ad tempora andree regis | filii calui ladis-

Digitized by Google

lay habuit. Attamen rex Andreas de poste|ris Ketel can-
biuit illum locum duabus de causis: unum quia | utilis
regibus erat ad uenationes, secundum, quia diligebat par-
tes | illas habitare uxor sua, eo quod propius ad natale
solum esset, | quia erat filia ducis ruthenorum, et timebat
aduentum impera|toris theotonicorum, ut ne ulterius*) san-
guinem petri regis hun|gariam intraret, ut in sequentibus
dicetur. **XVI De monte turzol.**
Tunc ound et Ketel nec non turzol | transeuntes siluam
iuxta fluuium Budrug equitando | quasi brauium accipere
uolentes, super equos uelocissimos cur|rentes super uerti-
cem unius alcioris montis ascenderunt. | Quos turzol miles
strenuissimus antecedens cacumen mon|tis primus omnium
ascendit. Et montem illum a die | illo usque nunc mon-
tem turzol nominauerunt. Tunc hy | tres domini super uer-
ticem eiusdem montis terram undique prospi|cientes quan-
tum humanus oculus ualet, ultra quam dici potest | dile-
xerunt, et in eodem loco more paganismo occiso | equo XVI. 1
pinguissimo magnum aldamas fecerunt. Turzol a sociis ac|-
cepta licentia, sicut erat uir audax et fidus in armis, cum
suis militibus | ad ducem arpadium reuersus est, ut ei uti-
litatem illius terre nuntiaret. | Quod et sic factum est. Ound
uero et Ketel equitantes celerrimo cursu, egressi | de monte
turzol tercio die ducem salanum in castro opaR iuxta thy-
si|am inuenerunt. Quem ex parte arpad salutauerunt, et ei
secunda | die post ingressum curie sue dona que secum
portauerant presen|tauerunt, ac mandata arpad ducis ei
retulerunt. Dux sa|lanus uisis muneribus, et audita lega-
cione, tam suorum quam istorum le|tior factus est solito,
et missos arpad ducis benigne suscepit, et | diuersis donis
ditauit. Et insuper postulata arpad concessit. De|cimo autem
die Ound et Ketel accepta licentia a salano duce | re-
patriare ceperunt. Per quos salanus duas lagungulas aqua |
danubii plenas, et unam sarcinam de herbis melioribus

*) sic C. pro: ulturus.

Digitized by Google

sabulorum | olpar, quasi pro risu deridendo, cum diuersis muneribus duci arpad | misit. Et insuper cum habitatoribus suis terram usque ad fluuium Souuyoy concessit. Tunc ound et Ketel ad ducem Arpad cicius uenientes | cum legatis salani ducis ac munera missa presentauerunt, et | terram cum omnibus habitatoribus suis duci arpadio condonatam esse | dixerunt. Vnde maxima leticia orta est in curia arpad ducis, et per III dies magnum conuiuium celebrauerunt. Et tunc | roborata pace legatos salani ducis diuersis muneribus ditatos repatriare dimisit paciferos.

XVII De Zerensze.

Arpad uero dux et sui nobiles egressi de castro hung cum magno gaudio ultra montem turzol castra metati sunt, in | campo iuxta fluuium tucota usque ad montem Zerenche, et | inspicientes super montana illa qualitatem illius loci, et | nominauerunt locum illum amabilem, quod interpretatur in lingua eorum Zerelmes, eo quod multum dilexerint illum locum, et a die | illo usque nunc a Zerelmu locus ille uocatur Zerenche. Vbi etiam | dux arpad et omnes sui primates, cum omni familia sua labore postposito factis tuguriis requiei locum sibi elegerunt. Et non | paucos ibi dies permanserunt, donec omnia loca sibi uicina | subiugauerunt, scilicet usque ad fluuium Souyou et usque
XVIII ad | castrum salis. Et ibidem iuxta tocotam, et infra siluas dux | arpad dedit terras multas diuersorum locorum cum suis habitatoribus | edunec et edumernec. Quas etiam terras posteritas eorum diuina | gracia adiuuante usque nunc habere meruerunt. Predictus uero | turzol per graciam arpad ducis ad radicem eiusdem montis ubi | Brudrug descendit in tysciam aquisiuit magnam terram. | Et in eodem loco castrum construxit terreum, quod nunc in presenti hymusuduor nuncupatur.

XVIII De Borsod.

Et dum ita radicati essent, tunc communi consilio et admonicione omnium incolarum, missus est borsu filius Bunger cum | ualida manu uersus terram polonorum, qui confinia regni conspiceret, et obstaculis confirmaret usque ad

Digitized by Google

montem tatur, et in | loco conuenienti castrum construeret causa custodie regni. Borsu uero accepta licencia egressus felici fortuna, collecta multitudine rusticorum iuxta fluuium Buldua castrum construxit, quod | uocatum est a populo illo Borsod, eo quod paruum fuerit. Bors | uero acceptis filiis incolarum in obsides, et factis metis per montes tatur reuersus est ad ducem arpad. Et de reuersione Borsu factum est gaudium magnum in curia ducis. Dux uero pro | beneficio suo Borsum in eodem castro comitem constituit, et | totam curam illius partis sibi condonauit. **XIX De duce bycoriensy.**

Dux uero arpad transactis quibusdam | diebus accepto suorum nobilium consilio legatos misit in castrum Byhor ad ducem menumorout, petens ab eo quod de | iusticia atthaui sui attyle regis sibi concederet terram a fluuio | Zomus usque ad confinium nyr, et usque ad portam mezesynam. | Et misit ei donaria sua, sicut primo miserat salano duci tytulensy. Et in legatione illa missi sunt duo strenuissimi milites Vsvbuu pater Zoloucu, et velec a cuius progenie | Turda episcopus descendit. Erant enim isti genere nobilissimi, sicut | et alii de terra scythica egressi, qui post almum ducem uenerant | cum magna multitudine populorum. **XX Qualiter contra byhor missum est.**

Missi uero arpad ducis vsubuu | et velue fluuium thyscie in portu lucy transnauigauerunt | et hinc egressi in cas- XVIII. 1
trum Byhor uenientes ducem Menumorout salutauerunt. et donaria que dux eorum miserat ei presentauerunt. Tandem uero mandata arpad ducis ei referentes, terram | quam prenominauimus postulauerunt. Dux autem menumoro ut eos benigne recepit, et diuersis donis ditatos tercia die | repatriare precepit. Quibus tamen ita respondit dicens: dicite Arpadio duci hungarie domino uestro. Debitores sumus ei ut amicus | amico in omnibus que ei necessaria sunt, quia hospes homo est et in | multis indiget. Terram autem quam petiuit a nostra gracia, nullatenus concedimus nobis uiuentibus. Hoc etiam indigne tu-

Digitized by Google

limus quod | salanus dux ei concessit maximam terram aut propter amorem | ut dicitur, aut propter timorem quod negatur. Nos autem nec propter amorem, nec propter timorem ei concedimus terram, etiam quantum pugillus caperet, licet dixerit ius suum esse. Et uerba sua non conturbant | animum nostrum, eo quod mandauerit nobis se descendisse de genere atthile regis, qui flagellum dei dicebatur. Qui etiam uiolenta manu rapuerat terram hanc ab atthauo meo, sed tamen modo per graciam | domini mei imperatoris constantinopolitani nemo potest auferre de | manibus meis. Et hoc dicto dedit eis licentiam recedendi. Tunc | vsubuu et veluc legati ducis arpad cursu celeriori ad dominum suum properarunt. Et uenientes mandata menumorout domino suo | duci arpad retulerunt. Arpad uero dux et sui nobiles hoc audientes iracundia ducti sunt, et statim contra eum exercitum mittere ordinauerunt. Tunc constituerunt, quod tosu pater lelu et Zobolsu filius eleud, a quo genus saac descendit, nec non tuhtum pater | horca auus geula et Zumbor, a quibus genus moglout descendit | irent. Qui cum a duce arpadio essent licentiati, cum exercitu non modico egressi sunt, et thysciam transnatauerunt in portu ladeo nemine adversario contradicente. Secundo autem die ceperunt equitare iuxta thysciam uersus fluuium Zomus, et castra | metati sunt in illo loco, ubi nunc est Zobolsu. Et in eodem loco | fere omnes habitatores terre se sua sponte eis subiugauerunt, et pedibus eorum prouoluti, filios suos in obsides dederunt, | ut ne aliquid mali paterentur. Nam
XIX. 1 timebant eos fere | omnes gentes, et quidam a facie eorum fugientes uix euaserunt, qui | uenientes ad menumorout facta eorum nuntiauerunt. Hoc audito | talis et tantus —*) irruit super menumorout, quod manum leuare ausus non-
5 fuit. Quia omnes habitatores timebant eos ultra quam dici potest, eo quod audiuerunt almum ducem patrem arpadii

*) Excidit vox: timor.

Digitized by Google

a ge|nere atthile regis descendisse. Vnde nullus credebat se pos se uiuere, nisi per graciam arpad filii almi ducis, et suorum nobi|lium. Vnde plurimi se sua sponte subiugabant eis. Bene | impleuit dominus in almo duce et filio suo arpad propheciam quam | cecinit moyses propheta de filiis israel dicens: Et locus quem calcaue|rit pes uester, uester erit. Quia a die illo loca que calcauerunt al|mus dux et filius suus arpad cum suis nobilibus, usque ad presens | posteritates eorum habuerunt et habent. **XXI**

De Zobolsu.

Tunc Zobolsu uir sapientissimus, considerans quendam locum | iuxta thysciam, et cum uidisset qualitatem loci, intellexit esse | munitissimum ad castrum faciendum. Communi ergo consilio soci|orum suorum congregacione facta ciuium, fecit fossatam magnam | et castrum fortissimum edificauit de terra, quod nunc castrum Zo|bolsu nuncupatur. Tunc Zobolsu et socii sui de incolis terre ad | castrum illud multos ordinauerunt seruientes, qui nunc | ciuiles uocantur. Et dimissis ibi militibus sub quodam nobilis|simo milite nomine eculsu se longius ire preparauerunt. Tunc Zo|bolsu et socii sui totum exercitum in duas partes diui|serunt, ut una pars iret iuxta fluuium Zomus, et al|tera pars per partes nir. Zobolsu et thosu pater lelu cum medie|tate exercitus egressi sunt per crepidinem thyscie subiugando sibi gentes | et uenerunt uersus fluuium Zomus, ad illum locum qui nunc dicitur | saruuar. Et in eodem loco infra paludes thosu pater lelu con|gregata multitudine populi fossatam magnam fecit, et castrum | munitissimum de terra construxit, quod primo castrum thosu nomina|tum fuit, nunc uero saruuar uocatur. Et acceptis filiis incolarum | in obsides castrum militibus plenum dimiserunt. Tunc thosu per | peticionem populi domino suo duci arpad subiugati, fecit stare fo|rum inter Nir et thysciam. Cui etiam foro nomen suum im|posuit, quod usque nunc forum t|osu nuncupatur. Post uero Zobolsu | et thosu hinc egressi usque ad castrum Zotmar peruenerunt. Et

Digitized by Google

castrum per tres dies pugnando obsidentes uictoriam adepti sunt. Et quarto die castrum intrantes, milites ducis menumorout, quos ibi apprehendere potuerunt, cathenis ferreis obligatos in deterrima carceris inferiora miserunt, et filios incolarum in obsides acceperunt. Et castrum militibus plenum dimiserunt. Ipsi uero ad portas mezesinas ire | ceperunt. **XXII De nyr.**

Tuhutum uero et filius suus horca per partes nyr equitantes | magnum sibi populum subiugauerunt, a siluis nyr usque | ad umusouer. Et sic ascendentes usque ad Zyloc peruenerunt | contra eos nemine manum leuante, quia dux Menumorout et sui non sunt ausi pugnare contra eos, sed fluuium cris | custodire ceperunt. Tunc tuhutum et filius suus horca | de Zyloc egressi, uenerunt in partes mezesinas ad zobolsum et thosum. Et cum se ad inuicem uidissent gaudio gauisi sunt magno, et facto conuiuio unusquisque laudabat se | ipsum de sua uictoria. Mane autem facto zobolsu thosu et | tuhutum inito consilio constituerunt ut meta regni ducis | arpad esset in porta mezesina. Tunc incole terre iussu | eorum portas lapideas edificauerunt, et clausuram magnam de arboribus per confinium regni fecerunt. Tunc hi tres | prenominati uiri omnia facta sua duci arpad et suis | primatibus per fideles nuntios mandauerunt. Quod cum renuntiatum | esset duci Arpad et suis yobagyonibus, gauisi sunt gaudio | magno ualde. Et more paganismo fecerunt aldumas et | gaudium adnuntiantibus diuersa dona presentauerunt. Dux uero | arpad et sui primates ob hanc causam leticie per totam unam | ebdomadam solempniter comedebant, et fere singulis diebus inebriabantur propter euentum tante leticie. Et hoc audito | dux arpad et sui egressi sunt a Zeremsu et castra metati sunt | iuxta fluuium souiou a thyscia usque ad fluuium honrat.

XXIII De uictoria thosu zobolsu et tuhutum.

Thosu et Zobolsu nec non tuhutum cum uidissent quod
XXI. 1 deus dedit eis uictoriam magnam, et subiugauerunt do-

Digitized by Google

mino suo fere plures nationes illius terre, et dum ibi nullus inuentus esset eis, plures dies | ibi manserunt, donec confinia regni firmauerunt obstaculis firmissimis. **XXIV De terra ultra siluana.**

Et dum ibi diutius morarentur, tunc tuhutum pater horca sicut | erat uir astutus, dum cepisset audire ab incolis bonitatem terre ultra siluane, ubi gelou quidam blacus dominium tenebat, Cepit | ad hoc anhelare, quod si posse esset per graciam ducis arpad domini sui terram ultra siluanam sibi et suis posteris aquireret. Quod et sic factum fuit postea. Nam terram ultra siluanam posteritas | tuhutum usque ad tempus sancti regis Stephani habuerunt, et diucius habuissent, si minor gyla cum duobus filiis suis biuia et | bucna christiani esse uoluissent, et semper contrarie sancto regi non | fecissent, ut in sequentibus dicetuR. **XXV De prudentia tuhuti.**

Predictus uero tuhutum uir prudentissimus misit quendam uirum | astutum, patrem opaforcos, ogmand, ut furtiue ambulans preuideret sibi qualitatem et fertilitatem terre ultra | siluane, et quales essent habitatores eius. Quod si posse esset bellum cum eis committeret. Nam uolebat Tuhutum per se nomen | sibi et terram aquirere. Vt dicunt nostri ioculatores: omnes loca | sibi aquirebant, et nomen bonum accipiebant. Quid plura? Dum | pater ogmand speculator Tuhutum per circuitum more | uulpino bonitatem et fertilitatem terre et habitatores | eius inspexisset, quantum humanus uisus ualet, vltra quam | dici potest dilexit, et celerrimo cursu ad dominum suum reuersus est. Qui cum uenisset, domino suo de bonitate illius terre multa dixit. Quod terra illa irrigaretur optimis fluuiis, quorum nomina et utilitates seriatim dixit. Et quod in arenis | eorum aurum colligerent, et aurum terre illius optimum | esset. Et ut ibi foderetur sal et salgenia, et habitatores | terre illius uiliores homines essent tocius mundi. Quia essent | blasii et sclaui, quia alia arma non haberent nisi arcum et | sagittas, et dux eorum geleou minus esset

Digitized by Google

XXII.1 tenax, et non haberet | circa se bonos milites, et auderent stare contra audatiam hungarorum. Quia a cumanis et picenatis multas iniurias paterentur. **XXVI. Quomodo contra Gelu itum est.**

Tunc Tuhutum audita | bonitate terre illius, misit legatos 5 suos ad ducem arpad, ut sibi | licentiam daret ultra siluas eundi contra gelou ducem pugnare. Dux uero arpad inito consilio, uoluntatem tuhutum laudauit, et ei licentiam ultra siluas contra gelou pugnare concessit. Hoc dum tuhutum audiuisset a legato preparauit se cum suis militi- 10 bus, et dimissis ibi sociis suis egressus | est ultra siluas uersus orientem contra gelou ducem blacorum. | Gelou uero dux ultra siluanus audiens aduentum eius congregauit | exercitum suum et cepit uelocissimo cursu equitare obuiam ei, | ut eum per portas mezesinas prohiberet. Sed tuhutum uno | die siluam pertransiens, ad fluuium almas 15 peruenit. Tunc uterque | exercitus ad inuicem peruenerunt, medio fluuio interiacente. Dux | uero gelou uolebat quod ibi eos prohiberet cum sagittariis suis. **XXVII. De morte Gelu.**

Mane autem facto Tuhutum | ante auroram diuisit exercitum suum in duas partes | et partem alteram misit pa- 20 rum superius, ut transito fluuio militibus gelou nescientibus pugnam ingrederentur. Quod sic factum est. | Et quia leuem habuerunt transitum, utraque acies ad pugnandum peruenerunt. Et pugnatum est inter eos acriter, sed uicti sunt | milites ducis gelou, et ex eis multi interfecti, plures uero capti. Cum | gelou dux eorum hoc*) uidisset, tunc pro defensione uite cum paucis fugam cepit. Qui 25 cum fugeret properans ad castrum suum iuxta fluuium Zomus positum, milites tuhutum audaci cursu persequentes ducem Geloum iuxta fluuium copus interfecerunt. Tunc | habitatores terre uidentes mortem domini sui, sua propria uoluntate | dexteram dantes dominum sibi elegerunt tu-

*) alio atramento additum.

Digitized by Google

hutum patrem horca. | Et in loco illo qui dicitur esculeu fidem cum iuramento firmaue|runt, et a die illo locus ille nuncupatus est esculeu, eo quod ibi | iurauerunt. Tuhutum uero a die illo terram illam obtinuit | pacifice et feliciter. Sed posteritas eius usque ad tempora sancti regis | Stephani obtinuit. Tuhutum uero genuit horcam, horca genuit geu|lam et Zubor. Geula genuit duas filias, quarum una uocabatur ca roldu, et altera saroltu; et sarolt fuit mater sancti regis Stephani. | Zumbor uero genuit minorem geulam patrem bue et | Bucne, tempore cuius sanctus rex Stephanus subiugauit sibi terram | ultra siluanam. Et ipsum geulam uinctum in hunga|riam duxit, et per omnes dies uite sue carceratum tenu it, eo quod in fide esset uanus, et noluit esse christianus, et | multa contrarie faciebat sancto regi Stephano, quamuis fu|isset ex cognatione matris sue. **XXVIII De duce menumorout.**

XXIII. 1

Tosu uero et Zobolsu adepta uictoria reuersi sunt ad du|cem arpad subiugando totum populum a fluuio Zomus | usque ad Crisium, et nullus contra eos ausus fuit manum leua|re. Et ipse menumorout dux eorum magis preparabat uias | suas in greciam eundi, quam contra eos ueniendi. Et deinde | egressi descenderunt iuxta quendam fluuium nomine hu|musouer, et uenerunt usque ad lutum zerep. Et deinde | egressi uenerunt usque ad zeguholmu, et ibi uolebant tran|sire crisium, ut contra menumorout pugnarent, sed ue|nientes milites menumorout eis transitum prohibu|erunt. Deinde egressi per diem unum, equitantes castra | metati sunt iuxta paruos montes, et hinc iuxta | fluuium turu equitantes usque ad thysciam peruene|runt. Et in portu drugma fluuium thyscie transna|uigantes, ubi etiam per graciam arpad ducis cuidam cu|mano militi nomine huhot, magnam terram aquisiue|runt, quam posteritas eius usque nunc habuerunt. **XXIX De reditu eorum.**

Dum nauigassent | fluuium thyscie, nuntios suos ad ducem arpadium | premiserunt, qui gaudia salutis nuntiarent. Qui

Digitized by Google

cum ad | ducem arpad uenissent, et gaudia ei annuntiassent, quod | Zobolsu et tuso*) cum exercitu suo sani et incolumes reuersi essent, et portum drugma cum omnibus exercitibus | suis transnauigassent. Hoc cum audiuisset dux arpad | quod thosu et zobolsu cum omnibus exercixxiv. 1 tibus suis sani | et incolumes reuersi essent, et fluuium thyscie transnauigassent, fecit magnum conuiuium, et gaudium annuntiantibus | diuersa dedit donaria. Tunc thosu et zobolsu cum curiam | ducis intrare uellent, dux omnes suos milites obuiam eis | premisit, et sic eos cum magno gaudio recepit. Et sicut mos | est bonorum dominorum suos diligere fideles, fere cottidie eos faciebat ad mensam suam comedere, et multa eis dona presentabat, similiter etiam ipsi, duci arpad diuersa dona, ac filios | incolarum in obsides eis positos presentauerunt. **XXX De duce salano.**

Dux uero arpad transactis quibusdam diebus | inito consilio et sui nobiles miserunt nuntios suos ad | ducem salanum, qui nuntiarent ei uictoriam Thosu et bulsuu nec non et tuhutum, quasi pro gaudio, et peterent ab | eo terram usque ad fluuium Zogea. Quod sic factum est. Missi sunt | enim etu et voyta, qui cum inuenissent ducem salanum | in sabulo olpar, mandata gaudia nuntiauerunt, et terram ab eo usque ad fluuium Zogea postulauerunt. Sa|lanus dux hoc audito in maximum irruit timorem, et | terram ab ipso postulatam, timore percussus usque ad flu|uium Zogeua duci arpad concessit, et legatis diuersa | dona presentauit. Septimo autem die Etu et Voyta accepta licentia ad dominum suum sunt reuersi. Quos dux ar|pad honorifice recepit, et audita legatione eorum factum | est gaudium magnum in curia ducis. Et cepit dux donare suis fidelibus loca et possessiones magnas. **XXXI De egressu Zeremsu.** Postea dux et sui principes egressi sunt | de Zeremsu, et transnauigauerunt fluuium Souyou | in illo loco, ubi fons

*) sic C. pro: Tosu.

Digitized by Google

honrad descendit. Et castra metati | sunt iuxta fluuium heuyou, usque ad thysciam, et usque | ad emeud, et per- 30
manserunt ibi per unum mensem. Ibi etiam | dux dedit Bungernec patri borsu terram magnam a fluuio Topulucea, usque ad fluuium souyou, que nunc uocatur | miscoucy, et dedit ei castrum quod dicitur geuru, et illud castrum filius suus Borsu cum suo castro quod dicitur borsod unum fecit comitatum. **XXXII De castro vrsuur** XXV.1
et fluuio eguR.

Postea dux Arpad et sui nobiles hinc egressi uenientes usque | ad fluuium naragy, et castra metati sunt iuxta riuulos aquarum | a loco illo qui nunc dicitur casu. Vbi etiam dedit terram magnam ousadunec patri ursuur, et 5
ibi postea ursuur filius eius | ad caput eiusdem fluminis castrum construxit, quod nunc | castrum ursuur nuncupatur. Hinc uero dux arpad et sui egressi | uenerunt usque ad fluuium egur, et ibi paratis tuguriis | plures dies permanserunt, et montem illum super quem | duci foliata 10
fecerunt, nominauerunt zenuholmu, et castra | eorum fuerunt a fluuio ystoros usque ad castrum purozlou. | Deinde egressi uenerunt usque ad fluuium Zogea, et castra | metati sunt per crepitudinem eiusdem fluminis a thysicia usque ad siluam matra, et subiugauerunt sibi omnes | ha- 15
bitatores terre a grisio usque ad fluuium Zogeua, et | usque ad siluam Zepus. Tunc dux arpad in silua matra | dedit terram magnam edunec et edumenec, ubi postea | Pota nepos eorum castrum construxit, ex quorum etiam progenie | longo post tempore rex samuel descendit, qui pro sua pietate | Oba uocabatur. **XXXIII De castro nougrad** 20
et nitra.

In eisdem temporibus dux arpad, dum se per milites suos | uidisset, ita sublimatum et tutum esse, tunc habito inter se consilio, misit multos milites in expedicionem qui subiugarent sibi populum de castro gumur, et nougrad. Et | si fortuna eis faueret, tunc ascenderent uersus 25
fines | Boemorum usque ad castrum nitra. Quibus etiam

Digitized by Google

militibus in expedicionem euntibus principes et ductores constituit duos | filios auunculi sui hulec Zuardum et cadusam, nec non | hubam unum de principalibus personis. Tunc hy tres domini ac|cepta licentia a duce arpad egressi sunt a loco illo qui dicitur | paztuh, equitantes iuxta fluuium Hongvn, et eundem | fluuium transiuerunt iuxta fluuium Souyou. Et inde e|gressi sunt per partes castri gumur, et uenerunt usque | ad montem bulhadu, et inde
XXVI. 1 ad partes nougrad ueni|entes, usque ad fluuium caliga peruenerunt. Hinc uero egredientes | per crepitudinem danubii iuerunt, et fluuium Wereuuecca | transeuntes castra metati sunt iuxta fluuium ypul. Et quia di|uina gracia in eis erat, timuit eos omnis homo, et maxime ideo | timebant eos, quia audierant ducem arpadium filium almi | ducis ex progenie athile regis descendisse. Tunc omnes scla|ui habitatores terre qui primo erant salani ducis, propter timo|rem eorum se sua libera sponte subiugauerunt eis nullo | manum subleuante. Et ita cum magno timore et tremore ser|uiebant eis, ac si olim domini eorum fuissent. Tunc Zuardu | et cadusa nec non huba a quo prudens zemera descendit cum | uidissent populum multum sine bello ipsis subiugatum, fecerunt magnum conuiuium, et melioribus habitatoribus terre | qui filios suos in obsides dederant, diuersa dona presenta uerunt, et blandis uerbis sub dominium ducis arpad | sine bello subiugauerunt, et ipsos secum in expedicionem | duxerunt, filios uero eorum in obsides accipientes, ad ducem | arpad cum diuersis muneribus remiserunt. Vnde dux | et sui nobiles leciores facti sunt solito, nuntiis gaudia | ferentibus multa dederunt dona. **XXXIV De fluuio gron et castro borsu.** Interea zuard et cadusa filii hulec, nec non huba | et omnis exercitus eorum fluuium ypul iuxta danubium transierunt. Et alio die transito fluuio gron castra metati | sunt in campo iuxta quoddam castellum terreum quod nuncupatur | uarod. Et capto illo castro manserunt ibi tres dies, ex|pectantes aduentum Borsu filii Bumger. Quem dux ar-

Digitized by Google

pad cum magno exercitu miserat in auxilium eorum. Quarto die cum Borsu ad eos uenisset cum ualida manu, timuerunt eos omnes incole terre, et nullus ausus fuit le- 30
uare manum contra eos. Tunc hy IIII-or domini inito inter se consilio per peticionem incolarum sibi fidelium constituerunt, ut | tercia pars de exercitu cum incolis terre irent in siluam | Zouolon, qui facerent in confinio regni municiones fortes tam de lapidibus, quam etiam de lignis. Vt ne aliquando boemy uel Polony possent intrare xxvii.1
causa furti et rapine in | regnum eorum. Tunc communi consilio hac de causa missus est borsu filius buger cum suis militibus. Et cum equitarent iuxta fluuium | gron ceruus fuga lapsus ante eos cacumina montium | ascendit. 5
Quem Borsu celerrimo cursu persecutus, ictibus sagittarum in uertice montium interfecit. Et tunc Borsu cum montes illos circum aspexisset, in memoriam duxit | ut ibi castrum construeret. Et statim congregata multitudine ciuium, in uertice unius altioris montis castrum | fortissi- 10
mum construxit, cui nomen suum imposuit proprium, ut castrum borsu nuncupatur.*) Et inde cum exercitibus suis usque | ad siluam Zouolun perrexit, et maximam municionem de | lapidibus facere precepit, quod nunc castrum Borssed Zouolyn uocatur. **XXXV De nitria ciuitate.**
Zuardu et cadusa nec non huba | post discessum borsu, 15
cum omnibus exercitibus suis egressi | de castro quod dicitur Warod, ultra siluam tursoe castra metati sunt, iuxta fluuium sytua. Altera autem die miserunt | quosdam speculatores uiros, quos sciebant esse audaces, qui transirent fluuium nitra, et uiderent si sine bello possent | transme- 20
are usque ad ciuitatem nytra. Qui cum uelocissimo | cursu uenissent usque ad riuulum turmas, ubi descendit | in riuulum nytre, uiderunt habitatores illius prouincie | sclauos et boemos eis obsistere cum adiutorio ducis boemorum. Quia mortuo athila rege terram que iacet inter Wag | et 25

*) sic C. pro: nuncupetur.

Digitized by Google

gron, a danubio usque ad fluuium moroua, dux boemorum sibi preoccupauerat, et unum ducatum fecerat. Et tunc | tempore per graciam ducis boemorum dux nitriensis factus erat | Zubur. **XXXVI De speculatoribus missis a duoibus.**

Cum autem speculatores illi qui fuerant missi a Zuard et caʼdusa uidissent sclauos et boemos eis obsistere non ualentes | miserunt sagittas tribus uicibus super eos, et quosdam ex ipsis ictibus | sagittarum interfecerunt. Hoc cum uidissent sclaui et boemi quos | ad custodiam constituerat Zubur, quod isti qui dicuntur hetumoger talibus uterentur
XXVIII.1 armis, timuerunt ualde, quia talis armaʼtura nunquam uisa fuit eis. Statim nuntiauerunt Zuburio domino eorum | ceterisque principibus eiusdem prouintie. **XXXVII De pugna duoum arpadii.**

Tunc Zubur hoc audito cum adiutorio boemorum armata multiʼtudine obuiam eis uenit pugnaturus. Et dum uterque exercitus | ad fluuium nitra peruenissent, zuardu caʼdusa et huba uolebant | transire fluuium. Sed Zubur dux nitriensis et sui milites contra eʼos diutissime certantes nullo modo eis transitum concedere uolebant. | Et cum diu inter se certassent, Hungarii ex boemis et sclauis | ictibus sagittarum multos interficiebant. Sed per tres dies nullo modo | Hungarii propter inundationem aquarum transitum habuissent, | tandem IIII die boemi et omnes nytrienses sclaui uidentes | audatiam hungarorum, et percussiones sagittarum non sufferentes | fuga lapsi sunt. Et uelocissimo cursu pro defensione uite in ciuitatem nitriam inclusi sunt cum magno timore. Quos zuardu caʼdusa et huba nec non ceteri milites persequentes eos usque ad ciuiʼtatem, et ex eis quosdam interfecerunt, et quosdam uulnerauerunt | et alios ceperunt. Zubur uero dux eorum dum fugiendo contra eos | pugnare uellet, per lanceam caduse cecidit, et captus in custoʼdiam traditus est. Ceteri uero in ciuitatem inclusi quasi muʼlti remanserunt. Alio namque die zuard cadusa et huba | armata multitudine exercituum, ceperunt

Digitized by Google

fortiter expugnare ciuitatem nitriam multis modis. Et dedit eis dominus uictoriam magnam, et pugnantes intrauerunt eam, et fusus | est per eos ibi sanguis multorum aduersariorum. Tunc iracundia | ducti Zuburium ducem illius prouincie, quem nudius tercius ceperant, supra montem excelsum ducentes, laqueo suspenderunt. Vnde mons ille, a die illo usque nunc mons zubur nuncupatur. Et propter hoc factum timuerunt eum omnes | homines illius patrie, et omnes nobiles filios suos in obsides | eis dederunt, et omnes nationes illius terre se subiugauerunt sibi usque ad fluuium Wag. Et quia gracia dei antecedebat | eos, non solummodo ipsos subiugauerunt, uerum etiam omnia | castra eorum ceperunt, quorum nomina hec sunt usque modo: Stumtey Colgoucy, Trusun Blundus et Bana, et ordinatis | custodibus castrorum, iuerunt usque ad fluuium moroa. Et firmatis | obstaculis constituerunt terminos regni hungarorum usque ad Boronam et usque ad saruuar. Et adepta uictoria reuersi sunt ad ducem arpad et omnes infideles illius terre ferreis cathenis ligatos secum duxerunt. Cumque zuard cadusa nec non huba ad | ducem arpad cum omnibus captiuis suis uenissent sani et incolumes, factum est gaudium magnum in curia ducis. Dux arpad | consilio et peticione suorum nobilium, donauit accepto iuramento | infidelium terras in diuersis locis, predictis infidelibus de partibus nytrie | ductis. Vt ne aliquando infideliores facti, repatriando nocerent sibi fidelibus in confinio nitrie habitantibus. Et in eodem gaudio dux arpad hubam fecit comitem nitriensem, et aliorum castrorum. Et dedit | ei terram propriam iuxta fluuium sytuua usque ad sil(uam) tursoc. **XXXVIII De exercitu grecorum et bulgarorum.**

xxix. 1

Interea dux salanus | dum intellexisset potenciam et facta hungarorum, timuit, ut ne | aliquando iracundia ducti eum expellerent de regno suo. Tunc inito consilio suorum misit legatos suos ad imperatorem grecorum, et | ducem bulgarorum, ut sibi auxilium darent, causa pugne contra arpad

Digitized by Google

ducem hungarorum. Imperator grecorum et dux bulgaro-
rum magnum exercitum salano duci miserunt. Qui cum
ad ducem salanum | peruenissent in illo loco qui dicitur
tetel, factum est gaudium magnum | in curia ducis. Se-
cundo autem die dux salanus et sui nobiles inito | consilio
miserunt legatos, ad ducem arpad dicendo: ut terram
eorum | dimitteret, et ad natale solum repatriare inciperet.
Qui cum ad ducem | arpad peruenissent, et mandata sa-
lani ducis ei dixissent, dux | arpad et sui nobiles egre
ferentes, sic per eos legatos duci | salano remandauerunt.
Terram que inter danubium et thysciam iacet, et aquam
danubii que a ratispona in greciam descendit, pecunia
nostra comparauimus Tunc tempore, quando noui | fuimus,
et pro precio ei misimus XII albos equos, et cetera ut
supra. Ipse | etiam laudans bonitatem terre sue misit unam
sarcinam | de herbis sabulorum olpar, et duas lagungulas
de aquis danubii. Vnde precipimus domino uestro duci
salano, ut dimissa nostra terra, celerrimo cursu terram
XXX.I bulgarorum eat, unde proauus suus | descenderat mortuo
Athila rege atthauo nostro. Si autem hoc | non fecerit,
sciat nos in proximo tempore contra eum dimicaturos. Le-
gati uero hoc audientes, accepta licentia, tristi uultu ad
ducem salanum properauerunt. Dux autem arpad et | sui
nobiles egressi de fluuio Zogea cum omni exercitu castra
metati sunt iuxta montem teteuetlen usque | ad thysciam.
Deinde uenientes per crepidinem thyscie | usque ad sabu-
lum olpar peruenerunt. **XXXIX De egressu salani du-
cis contra Arpadium*) duoem.**

Dux autem Salanus cum adiutorio grecorum et bulgaro-
rum | eggressus de tetel furiata mente, per admonicionem |
suorum contra ducem arpad equitare cepit. Et dum uter-
que exercitus ad inuicem prope pernoctassent, neuter
eorum dormire per totam noctem ausus fuit, sed equos
sellatos | in manibus tenendo pernoctauerunt. Mane autem

*) Arpium C.

Digitized by Google

facto ante auroram utraque pars se ad bellum preparauit. | Dux uero arpad, cuius adiutor erat dominus omnium, armis indutus, ordinata acie, fusis lacrimis dominum orans, suos confortans milites dicens: O sithici, qui per superbiam bulgarorum | a castro Hungu uocati estis hungarii, nolite obliuisci | propter timorem grecorum gladios uestros, et amittatis uestrum | bonum nomen. Vnde strenue et fortiter pugnemus contra | grecos et bulgaros, qui assimilantur nostris feminis, et sic timeamus multitudinem grecorum, sicut multitudinem feminarum. Hoc audito milites sui multum sunt confortati, statimque lelu filius tosu tuba cecinit, et bulsuu | filius bogar*) eleuato uexillo in prima acie contra grecos | pugnaturi uenire ceperunt. Et commixta est utraque | acies hostium ad bellum, et ceperunt pugnare | acriter inter se. Et dum totus exercitus ducis | arpad accessisset pugnaturus contra grecos | plurimi interficiebantur de grecis et Bulgariis. | Predictus uero dux salanus cum uidisset suos deficere | in bello, fuga lapsus est, et pro salute uite albam bulgarie properauit. Greci uero et bulgari timore hungarorum | percussi, uiam quam xxx. 1 uenerant obliuioni tradiderunt, fuga | lapsi pro salute uite thysciam pro paruo fluuio reputantes transnatare uolebant. Sed quia talis timor et terror | irruerat super eos, ut propter timorem hungarorum fere omnes in fluuio thyscie mortui sunt, ita quod aliqui uix | remanserunt, qui imperatori eorum mala salutis nuntiarent. | Vnde locus ille ubi Greci mortui fuerunt, a die illo | usque nunc portus Grecorum nuncupatur.

XL. De uictoria arpad ducis.

Dux uero arpad et sui milites adepta uictoria hinc egressi uenerunt usque ad stagnum quod dicitur curtueltou, et manserunt ibi iuxta siluam gemelsen XXXIIII-or diebus. | Et in illo loco dux et sui nobiles ordinauerunt omnes consuetudinarias leges regni, et omnia iura eius, qualiter | seruirent duci et primatibus suis, uel qualiter iudicium |

*) sic C. pro: bogat.

Digitized by Google

facerent pro quolibet crimine commisso. Ibi etiam dux | condonauit suis nobilibus secum uenientibus diuersa | loca, cum omnibus habitatoribus suis. Et locum illum ubi | hec omnia fuerunt ordinata Hungarii secundum suum | idioma nominauerunt Scerii, eo quod ibi ordinatum | fuit totum negotium regni. Et dux locum illum dedit oundunec patri ete, a thyscia usque ad stagnum Botua | et a curtueltou usque ad sabulum olpar. Postea uero transactis quibusdam temporibus ethe filius oundu congregata multitudine Sclauorum, fecit inter castrum olpar. et portum | beuldu edificari castrum fortissimum de terra, quod | nominauerunt sclaui secundum ydioma suum Surungrad, idest nigrum castrum. **XLI De egressu arpad.**

Postea uero dux Arpad et sui | nobiles hinc egressi uenerunt usque ad titulum, | subiugando sibi populum. Deinde egressi uenerunt | usque ad portum Zoloncaman, et totum populum infra | thysciam et danubium habitantem, sub iugum suum constituerunt. Hinc uero uenientes ad partes budrug | peruenerunt, et iuxta fluuium uoyos castra metati sunt | et in partibus illis dux dedit terram magnam cum omnibus habitatoribus suis Tosunec patri lelu xxxii. cum auunculo suo | culpun patre Botond. Tunc dux arpad et sui primates inito | consilio constituerunt quod exercitum mitterent propter salanum | ducem ultra danubium, contra albam Bulgarie. Super quem | exercitum constituti sunt principes et ductores lelu filius tosu Bulsuu filius Bogat, Botond filius culpun. Qui accepta licentia a duce | arpad equitantes transnauigauerunt danubium nullo contradicente, in loco ubi fluuius Zoua descendit in danubium. | Et inde egressi contra albam Bulgarie ciuitatem equitare ceperunt. | Tunc dux Bulgarorum consanguineus salani ducis, cum magno | exercitu contra eos pugnaturus cum adiutorio grecorum accessit. | Altera autem die ordinate sunt utreque acies in campo iuxta | ripam danubii. Statim lelu filius tosu eleuato uexillo sui | signi, et Bulsuu filius Bogat, tubas bellicas sonando pugnaturi ac-

Digitized by Google

cesserunt. Et commixte sunt per partes manus utriusque | hostis, et ceperunt pugnare inter se acriter. Et interfecti sunt | de grecis et bulgariis plurimi, et quidam capti sunt ex | eis. Videns ergo dux bulgarie suos deficere in bello, fuga | lapsus pro defensione uite albam ciuitatem ingressus est. | Tunc lelu bulsuu nec non botond adepta uictoria castra | metati sunt iuxta danubium, parum inferius in campo. Et | omnes captiuos bulgarorum et grecorum ante se duci fecerunt | quos ferro ligatos duci arpad remiserunt in hungariam. **XLII De nuntiis ducis bulgarie.** Secundo autem die dux bulgarie misit nuntios suos cum diuersis donis ad lelu et bulsuu atque bontond,*) et deprecans eos ut paci faueant, Et insuper mandauit, quod partem salani ducis | auunculi sui non foueret, Sed arpadio duci hungarie subiugatus fideliter seruiret, et annuale uectigal persolueret. | Illi uero paci fauentes, proprium filium ducis in pignus accipientes cum multis bonis rebus bulgarie discesserunt, et | ducem eorum illesum diniserunt. Deinde egressi usque ad | portam Wazil iuerunt, et ex hinc egressi terram racy subiugauerunt, et ducem eius captum diu ferro | ligatum tenuerunt. Hinc uero egressi usque ad mare | peruenerunt, et omnes illius patrie dominatui arpad ducis hungarorum potenter et pacifice subiugauerunt. Et ciuitatem spaletensem | ceperunt, et totam crouatiam sibi subiugauerunt. Et inde egressi filios nobilium in obsides acceperunt, et in hungariam | reuersi sunt ad ducem arpad. Quorum etiam bella et fortia queque | facta sua si scriptis presentis pagine non uultis, credite garrulis cantibus ioculatorum, qui fortia facta et bella hungarorum, usque in hodiernum diem obliuioni non tradunt. Sed quidam dicunt eos iuisse usque ad constantinopolim, et | portam auream constantinopolis botondium cum dolabro suo incidisse. Sed ego, quia in nullo codice hystoriographorum inueni, nisi | ex falsis fabulis rustico- xxxiii. 1

*) sic C.

Digitized by Google

rum audiui, ideo ad presens opus scribere | non proposui.

XLIII De castris Zabrag posaga et vloou.

Bulsuu lelu et botond hinc egressi siluam que dicitur peturgoz descendentes, iuxta fluuium culpe castra metati sunt. | Et transito fluuio illo usque ad fluuium zoua peruenerunt. | Et transito zoua castrum zabrag ceperunt, et hinc equitantes castrum posaga et castrum vlcou ceperunt. Et hinc egressi | danubium in portu greci transnauigantes, in curiam ducis | arpad peruenerunt. Cumque lelu Bulsu et botond ceterique milites sani et incolumes cum magna uictoria in secundo anno | ad ducem arpad reuersi fuissent, factum est gaudium magnum | per totam curiam ducis, et fecerunt conuiuium magnum, et epulabantur cottidie splendide hungarii una cum diuersis nationibus. Et uicine nationes audientes facinora facta eorum, confluebant ad ducem arpad, et pura fide subditi seruiebant ei | sub magna cura, et plurimi hospites facti sunt domestici.

XLIV De insula danubii.*)

Post hec uero egressus dux Arpad de partibus illis ubi nunc est castrum | budrug, et descendit iuxta danubium usque ad insulam | magnam. Et castra metati sunt iuxta insulam, et dux arpad suique nobiles intrantes insulam, uisa fertilitate et | ubertate illius loci, ac municionem aquarum danubii, dilexerunt | locum ultra quam dici potest. Et constituerunt, ut ducalis esset | insula, et unusquisque
xxxiv. 1 nobilium personarum suam ibi haberet | curiam et uillam. Statim dux Arpad conductis artificibus precepit | facere egregias domos ducales, et omnes equos suos longitudine dierum fatigatos ibi introductos pascere precepit, et agasonibus suis magistrum prefecit quendam cumanum, uirum prudentissimum nomine sepel. Et propter Sepel magistrum agasonum inibi | morantem, uocata est insula illa nomine Sepel usque in hodiernum diem. | Dux uero Arpad et sui nobiles permanserunt ibi cum famulis et famulabus suis

*) in margine.

Digitized by Google

pacifice et potenter a mense aprilis usque ad mensem octobris. Et dimissis ibi uxoribus suis, communi consilio ab insula exeuntes, constituerunt ut ultra danubium irent, et terram pannonie subiugarent. Et contra carinthinos bellum promouerent, ac in | marciam lambardie se uenire prepararent. Et antequam hoc fieret | mitterent exercitum contra glad ducem, qui dominium habebat a fluuio | morus usque ad castrum horom, ex cuius etiam progenie longo post tempore descenderat othum, quem sunad interfecit. Ad hoc autem | missi sunt Zuardu et cadusa atque boyta, qui cum accepta licentia equitarent, thysciam in Kenezna transnauigauerunt | et descensum fecerunt iuxta fluuium seztureg. Et nemo | aduersarius inuentus est eis, qui leuaret manus contra eos, quia timor eorum irruerat super omnes homines illius terre. Et hinc egressi | ad partes beguey peruenerunt, et ibi per duas ebdomadas permanserunt, donec omnes habitatores illius patrie a morisio usque | ad fluuium temes sibi subiugauerunt, et filios eorum in obsides acceperunt. Deinde amoto exercitu uenerunt uersus | fluuium temes, et castra metati sunt iuxta uadum arenarum. | Et cum uellent transire amnem temes uenit obuiam eis | glad, a cuius progenie othum [1]) descendit, dux illius patrie cum | magno exercitu equitum et peditum, adiutorio cumanorum | et bulgarorum atque blacorum. Altera autem die dum utraque acies | interiacente fluuio temes ad inuicem nullatenus transire | ualuisset, tunc Zuardu iniunxit fratri suo caduse,[2]) ut | cum dimidia parte exercitus sui descenderet inferius. | Et quodlibet[3]) modo posset transmeare, pugnaret contra hostes. | Statim cadusa preceptis fratris sui obediens, cum medietate | exercitus equi- xxxv. 1
tans, descendit inferius celerrimo cursu. Et sicut diuina gracia erat eis preuia, leuem habuit transitum, Et dum una | pars exercitus hungarorum cum cadusa ultra esset, et dimidia pars | cum Zuard citra esset. Tunc Hungarii

[1]) sic C. [2]) vox bis posita. [3]) sic C.

Digitized by Google

tubas bellicas sonuerunt, et fluuium transnatando acriter pugnare ceperunt. | Et quia dominus sua gracia antecedebat hungaros, dedit eis uictoriam | magnam, et inimici eorum cadebant ante eos, sicut manipuli post | messores. Et in eodem bello mortui sunt duo duces cumanorum, et tres Kenezy bulgarorum, Et ipse glad dux eorum fuga | lapsus euasit, sed omnes exercitus eius liquefacti tamquam cera a facie ignis in ore gladii consumpti sunt. Tunc Zuard et cadusa | atque boyta adepta uictoria hinc egressi uenerunt uersus fines bulgarorum, et castra metati sunt iuxta fluuium ponucea. Dux uero glad fuga lapsus ut supra diximus, propter timorem | hungarorum castrum Keuee ingressus est. Et tercio die zuardu et | cadusa nec non boyta a quo genus brucsa descendit, ordinato exercitu contra castrum Keuee pugnare ceperunt. Hoc cum glad dux | eorum uidisset, missis legatis pacem ab eis petere cepit, et castrum | sua sponte cum diuersis donis condonauit. Hinc euntes castrum | ursoua ceperunt, et per mensem unum ibi habitauerunt, et boytam cum tercia parte exercitus ac filiis incolarum in obsides positis ad ducem arpad remiserunt. Et insuper legatos suos miserunt ut eis licentiam daret in greciam eundi, ut totam | Macedoniam sibi subiugarent a danubio usque ad nigrum | mare. Nam mens hungarorum tunc tempore nichil aliud optabat, nisi occupare sibi terras et subiugare nationes, et belli co uti labore. Quia Hungarii tunc tempore ita gaudebant | de effusione humani sanguinis sicut sanguissuga, et nisi ita | fecissent, tot bonas terras posteris suis non dimisissent. Quid | plura? Boyta et legati eorum ad ducem arpad peruenerunt, et res gestas sibi narrauerunt. Dux uero opus eorum conlaudauit, et Zuardu ac caduse licentiam concessit liberam in greciam eundi, et terram preoccupandi sibi. Et boyte pro suo fidelissimo | seruicio dedit terram magnam iuxta thysciam nomine torhus. | Tunc legati zuard et fratris sui caxxxvi.1 duse, accepta licentia, leti | ad dominos suos reuersi sunt.

XLV De oiuibus bulgarorum et macedonum.

Digitized by Google

Transactis quibusdam diebus Zuard et cadusa cum omni exercitu | suo eleuatis uexillis signiferis aquam danubii transnauigauerunt, et castrum borons ceperunt, deinde ad castrum Scere ducy iuerunt. Audientes hoc ciues bulgarorum et macedonum | timuerunt ualde a facie eorum. Tunc omnes incole illius terre miserunt nuntios suos cum donariis multis, ut terram sibi subiugarent, et filios suos in obsides traderent. Zuard et | cadusa paci fauentes, et dona et obsides eorum accipientes | eos quasi suum proprium populum in pace dimiserunt. Ipsi uero ceperunt | equitare ultra portam Wacil et castrum philippi regis ceperunt, deinde totam terram usque ad cleopatram ciuitatem | sibi subiugauerunt. Et sub potestate sua habuerunt totam terram | a ciuitate Durasu usque ad terram rachy. Et Zuardu in eadem terra duxit sibi uxorem, et populus ille qui nunc dicitur sobamogera, mortuo duce zuard in grecia remansit. Et ideo dictus | est soba secundum grecos, id est stultus populus, quia mortuo domino suo uiam | non dilexit redire ad patriam suam. **XLVI De portu moger.** Transactis quibusdam diebus dux arpad et omnes sui primates | cummuni consilio et pari consensu ac libera uoluntate egredientes de insula castra metati sunt ultra surcusar, usque ad | fluuium racus. Et dum uidissent quod undique tuti essent nec | aliquis eis obsistere ualeret, transierunt danubium, et portum ubi transitum fecerunt, portum moger nominauerunt, eo quod | VII principales persone qui hetumoger dicti sunt, ibi danubium | transnauigauerunt. Transito danubio castra metati sunt | iuxta danubium usque ad aquas calidas superiores. Et hoc audito omnes romani per terram Pannonie habitantes, uitam fuga seruauerunt. Secundo autem die dux arpad et omnes sui primates, cum omnibus militibus Hungarie intrauerunt in ciuitatem atthile regis. Et uiderunt omnia palacia regalia, quedam | destructa usque ad fundamentum, quedam non, et admirabantur ultra modum omnia illa edificia lapidea. Et facti sunt leti ultra | quam dici potest, eo quod capere

Digitized by Google

meruerunt sine bello ciuitatem atthile regis, ex cuius pro-
XXXVII. 1 genie dux arpad descenderat. Et epulabantur cottidie cum gaudio magno in palacio attile regis, conlateraliter sedendo. Et omnes simphonias, atque dulces sonos cythararum et fistularum cum omnibus cantibus ioculatorum habebant ante se. Fercula pocula portabantur duci et nobilibus in uasis aureis, seruientibus et rusticis in uasis argenteis. Quia omnia | bona aliorum regnorum circumiacentium dederat deus in manus eorum. Et uiuebant large ac splendide cum omnibus hospitibus ad se uenientibus. Et | hospitibus secum commorantibus dux arpad terras et possessiones magnas | dabat, et hoc audito multi hospitum confluebant ad eum, et ouantes | morabantur cum eo. Tunc dux arpad et sui propter leticiam permanserunt in ciuitate Atthile regis per XX-ti dies. Et omnes milites hungarie ante presentiam ducis, fere cottidie super dextrarios suos sedentes cum clipeis et lanceis maximum tornamentum faciebant.*) Et alii | iuuenes more paganismo cum arcubus et sagittis ludebant. Vnde dux arpad ualde letus factus est. Et omnibus militibus suis | diuersa donaria, tam in auro quam in argento, cum ceteris possessionibus donauit. Et in eodem loco, cundunec patri curzan dedit | terram, a ciuitate Atthile regis usque ad centum montes, et usque | ad gyoyg, et filio suo dedit unum castrum ad custodiam populi | sui. Tunc Curzan castrum illud sub suo proprio nomine iussit appellari, quod nomen usque in hodiernum diem non est obliuioni traditum. **XLVII De terra pannonie.**

Dux uero Arpad XXI-o die inito consilio egressus est de ecilburgu | ut subiugaret sibi terram pannonie usque ad fluuium droua. | Et prima die castra metatus est iuxta danubium, uersus centum | montes. Tunc ordinatum est ut dux cum exercitu suo unam partem mitteret iuxta danubium, uersus castrum borona, cui prefecit principes

*) ex „fecerant“ correctum: „feciebant“. C.

Digitized by Google

et ductores duos de principalibus personis, scilicet | ete pater eudu, et boyta, a quo genus Brugsa descendit. Quibus etiam | pro suo fidelissimo obsequio dux arpad donauit munera non minima, | et eudunec filio ete dedit terram iuxta danubium, cum populo non | numerato. Et in loco illo eudu subiugato populo illius partis edificauit castrum, quod nominauit uulgariter Zecuseu, eo quod sibi sedem | et stabilitatem constituit. Et boyte eodem modo dedit terram magnam | uersus saru cum populo non numerato, que usque modo nuncupatur boyta. **XLVIII De ciuitate bezprem.**

In secunda parte exercitus missus est Vsubu pater Zolocu et cusee*) qui | iret uersus ciuitatem bezprem, et subiu- XXXVIII. 1
garet omnes habitatores terre | usque ad castrum ferreum. Tunc usubu princeps et ductor illius exercitus licentiatus a duce, eleuato uexillo egressus est, et castra metatus est iuxta montem pacoztu. Hinc uero equitantes in campo peytu castra metati sunt | et per tres dies ibi permanserunt. Quarto autem usque ad castrum bezprem peruenerunt. Tunc usubu et eusee ordinato exercitu, contra romanos milites, qui castrum bezprem custodiebant, pugnare acriter cepe|runt. Et pugnatum est inter eos per ebdomadam unam. In secunda autem ebdomada, feria IIII-ta dum utraque pars exercitus labore belli nimis esset | fatigata, Tunc usubu et eusee plures milites romanorum in ore gladii consumpserunt, et quosdam ictibus sagittarum interfecerunt. Reliqui uero | romanorum uidentes audaciam hungarorum dimisso castro bezprem | fuga lapsi sunt, et pro remedio uite in terram theotonicorum properaue|runt. Quos usubuu et eusee usque ad confinium theotonicorum persecuti sunt. Quadam autem die dum hungari et romani in confinio essent, | romani fugiendo latenter fluuium, qui est in confinio pannonie et theotonicorum transnatauerunt. Vnde fluuius ille ab hungaris uocatus | lopunsu,

*) sic C. pro: eusee.

Digitized by Google

eo quod romani propter metum hungarorum latenter transnatauerunt. **XLIX De castro ferreo.** [1])

Ex hinc usubuu pater zoloucu et eusee pater urcun | reuersi castrum ferreum ceperunt, et filios incolarum in obsides acce|perunt. Hinc uero equitantes iuxta fluuium bolotun, usque ad thyon | peruenerunt. Et subiugatis sibi gentibus XIIII-o die castrum bezprem intraue|runt. Tunc usubuu et eusee inito consilio nuntios suos cum diuersis | muneribus et filiis incolarum in obsides positis, duci, arpad transmise|runt. Et qualiter dedit eis deus uictoriam, et quomodo romani dimisso castro | bezprem ante eos fuga lapsi, fluuium loponsu latenter transnataue|runt. Missi uero eorum ducem arpad in silua turobag arpalice ambulantem | inuenerunt, et eum cum diuersis ex parte usubuu et eusee salutaue|runt, et filios incolarum in obsides positos duci presentauerunt. Dux uero arpad audito hoc lecior factus est solito, et iterum in eclburgu [2]) reuersus magnum fecit conuiuium. Et legatis gaudia nuntiantibus munera magna condonauit.

L De deuastatione pannonie. [3])

Tunc dux arpad et sui nobiles cum | tercia parte exercitus sui de elciburgu [4]) egressi, castra metati sunt | iuxta campum putei salsi. Et inde equitantes usque ad mon-
tem bo|doctu peruenerunt. Dux uero Arpad ab orientali
XXXIX. 1 parte dedit eleu|dunec patri zolsu [5]) siluam magnam, que nunc uęrtus uocatur, propter clipeos theo|tonicorum inibi dimissos. Ad radicem cuius silue iuxta stagnum ferteu sac | nepos Zobolsu longo post tempore castrum construxit. Quid ultra? Dux autem | arpad ęt sui milites sic
5 eundo, iuxta montem sancti martini castra | metati sunt, et de fonte sabarie tam ipsi, quam eorum animalia biberunt. | Et montem ascendentes, et uisa pulchritudine terre pannonie nimis | leti facti sunt. Et inde egressi, usque ad rabam et rabuceam uenerunt, | sclauorum et pannoniorum

[1]) in margine. [2]) sic C. [3]) in margine. [4]) sic C. [5]) pro: Zobolsu.

Digitized by Google

gentes et regna uastauerunt, et eorum regiones occupauerunt. Sed et carinthinorum moroanensium fines crebris incursibus irripuerunt.[1]) Quorum multa milia hominum in ore gladii occiderunt, presidia subuerterunt, et regiones eorum possederunt, | et usque in hodiernum diem, adiuuante domino potenter et pacifice | posteritas eorum detinet. Tunc usubuu et eusee pater urcun, cum omni | exercitu eorum sani et incolumes cum magna uictoria reuersi sunt ad | ducem arpad. Deus enim, cuius misericordia preuia erat, tradidit duci arpad et suis | militibus inimicos eorum, et per manus suas labores populorum possederunt. Vbi | cum radicati fuissent, et fere omnia uiciniora regna sibi subiugassent, | reuersi sunt iuxta danubium uersus siluam causa uenationis, et dimissis militibus ad sua propria, dux et sui nobiles manserunt in eadem | silua per X dies. Et inde uenerunt ad ciuitatem atthile regis, et ad insulam | sepel descenderunt, ubi ducissa et alie mulieres nobilium fuerunt. | Et eodem anno dux arpad genuit filium nomine Zulta, et factum est | gaudium magnum inter hungaros. Et dux et sui nobiles per plurimos | dies faciebant conuiuia magna. Iuuenesque eorum ludebant ante faciem | ducis et suorom nobilium, sicut agni ouium ante arietes. Transactis autem | quibusdam diebus, dux arpad et sui nobiles communi consilio miserunt exercitum contra menumorout ducem byhoriensem. Cui exercitui principes et | ductores facti sunt usubuu et velec. Qui egressi sunt de insula equitantes per sabulum, et fluuium thyscie in portu beuldu transnauiga uerunt. Et inde equitantes iuxta fluuium couroug castra metati sunt, et omnes siculi, qui primo erant populi athyle regis, audita | fama usubuu obuiam pacifici uenerunt, et sua sponte filios | suos cum diuersis muneribus in obsides dederunt. Et ante exercitum usubuu in prima acie contra menumorout pugnaturi[2])

[1]) pro: irruperunt. [2]) sic C. excidit vox: progredi, vel simile quid.

Digitized by Google

cepe|runt. Et statim filios siculorum duci arpad transmi-
XL. 1 serunt, et | ipsi precedentibus Siclis una contra menumo-
rout equitare ceperunt. Fluuium | cris in ceruino monte
transnatauerunt, et inde equitantes iuxta | fluuium tekereu
castra metati sunt. **LI De duce menumorout.**
Hoc cum audisset menumorout quod usubuu et velec no-
5 bilissimi | milites ducis arpad cum ualida manu precedentibus Siclis contra eum | uenirent, Timuit ultra quam debuit, et contra eos ausus uenire non fuit | eo quod audiuerat ducem arpadium et suos milites ualidiores esse in bello, et romanos fugatos esse de pannonia per ipsos, et carinthi|norum Moroanęnsium fines deuastasse, et multa
10 milia hominum oc|cidisse in ore gladii eorum, Regnumque Pannoniorum occupasse et inimi|cos eorum ante faciem fugisse. Tunc dux menumorout dimis|sa multitudine militum in castro byhor, ipse cum uxore et filia sua | fugiens a facie eorum in nemoribus ygfon habitare cepit. Vsubu|u et veluc omnisque exercitus eorum leti contra
15 castrum byhor equitare cepe|runt, et castra metati sunt iuxta fluuium iouxas. Tercio autem die | ordinatis exercitibus ad castrum bellarid*) egressi sunt. Et e conuerso milites | congregati ex diuersis nationibus contra usubuu et suos milites pugna|re ceperunt. Sycli et hungarii ictibus sagittarum multos hominum inter|fecerunt. Vsubuu et
20 velec per balistas C.XXV. milites occiderunt. | Et pugnatum est inter eos XII dies, et de militibus vsubuu XX hunga|rii et XV Sicli interfecti sunt. Tercio decimo autem die cum Hungari et Sy|cli fossata castri impleuissent, et scalas ad murum ponere uellent | milites ducis menumorout uidentes audatiam hungarorum ceperunt | rogare hos
25 duos principes exercitus, et aperto castro nudis pedibus sup|plicantes. ante faciem usubuu et velec uenerunt. Quibus vsubu|u et velec custodiam ponentes, ipsi in castrum byhor intrauerunt | et multa bona illorum militum ibi inue-

*) sic C.

Digitized by Google

nerunt. Hoc cum menu|morout per nuntios fuga lapsos audiuisset, irruit in maximum | timorem. Et misit nuntios suos cum diuersis munęribus ad vsu|buu et velec, et ro- 30
gauit eos, ut ipsi paci fauentes le|gatos suos ad ducem arpad eundi dimitterent, qui nuntiarent ei: quod | menumorout, qui duci arpad primo per legatos proprios bulgarico corde su|perbe mandando, terram cum pugillo se daturum negabat, modo per eosdem | nuntios uictus et prostratus totum regnum, et Zulte filio arpad filiam | suam dare non dubitaret. Tunc vsubuu et velec consilium eius laudaue|runt, et cum legatis suis nuntios miserunt, qui XLI.1
dominum suum ducem | arpadium causa pacis rogarent. Qui cum insulam sepel intrauissent, et | ducem arpad salutassent, secunda die legati mandata menumorout | dixerunt. Dux uero Arpad inito consilio suorum nobilium, mandata me|numorout dilexit et laudauit, et dum filiam 5
menumorout eiusdem | etatis ut filius suus Zultus iam esse audiuisset, peticionem menumo|rout differre noluit, et filiam suam in uxorem Zulte accepit | cum regno sibi promisso. Et missis legatis ad usubu et uelue man|dauit, ut celebratis nuptiis filiam menumorout filio suo Zul|te in 10
uxorem acciperent, et filios incolarum in obsides positos secum | ducerent, et duci menumorout darent byhor castrum. **LII De usubuu et veluc.**

Usubuu et veluc nec non omnis exercitus preceptis domini sui fauentes filiam | menumorout celebratis nuptiis acceperunt, et filios incolarum | in obsides positos secum duxerunt. Et ipsum menumorout in castro | byhor dimi- 15
serunt. Tunc usubuu et uelue cum magno honore et | gaudio ad ducem arpad reuersi sunt. Dux uero et sui yobagyones | obuiam eis processerunt, et filiam menumorout sicut decet spon|sam tanti ducis, honorifice ad ducalem domum duxerunt. Dux uero | arpad et omnes sui primates, celebrantes nuptias magna fecerunt | conuiuia, 20
et fere cottidie comedebant nuptialiter cum diuersis mi|libus circumiacentium regnorum. Et iuuenes eornm lude-

Digitized by Google

bant ante faciem ducis et suorum nobilium. Dux arpad accepto iuramento primatum et militum hungarie, filium suum Zultam ducem cum magno | honore eleuari fecit. Tunc dux usubunec patri Zoloucu pro suo fidelissimo seruicio dedit castrum bezprem cum omnibus appendiciis suis. | Et veluquio dedit comitatum de Zarand. Et sic ceteris nobilibus honores et loca condonauit. Menumorout post istam causam in secundo | anno sine filio mortuus est, et regnum eius totaliter Zulte generi[1]) suo dimisit in pace. Post hec anno dominice incarnationis DCCCCVII | dux arpad migrauit de hoc seculo. Qui honorifice sepultus supra caput | unius parui fluminis, qui descendit per aluum lapideum in ciuitatem | atthile regis. Vbi etiam post conuersionem hungarorum edificata est ecclesia | que uocatur alba, sub honore beate Marie virginis. **LIII De successione Zulte ducis.**

Et successit ei filius suus Zulta, similis patri moribus dis-
XLII.1 similis | natura. Fuit enim dux Zulta parum blesus et candidus, capillo molli et flauo, statura mediocri, dux bellicosus animo | fortis, sed in ciuibus clemens, uoce suaui sed cupidus imperii, | quem omnes primates et milites hungarie miro modo diligebant. Transactis quibusdam temporibus dux Zulta cum esset XIII-cim annorum, omnes primates | regni sui communi consilio et pari uoluntate quosdam rectores regni sub | duce prefecerunt; qui moderamine iuris consuetudinis, dissidentium lites | contentionesque sopirent. Alios autem constituerunt ductores exercitus, cum quibus | diuersa regna uastarent, quorum nomina hec fuere: Lelu filius tosu, bulsuu uir sanguinis filius bogat, bonton[2]) filius culpun. Erant enim isti uiri bellicosi et fortes in animo, quorum cura nulla fuit alia, nisi domino suo subiugare gentes, et deuastare regna aliorum. Qui accepta licentia a duce Zulta cum exercitu Caranthino decreuerunt. Et per forum iulii in marchiam |

[1]) sic C. [2]) sic C. pro: botond.

Digitized by Google

lombardia[1]) uenerunt, ubi ciuitatem paduam cedibus et incendiis et | gladio et rapinis magnis crudeliter deuastauerunt. Ex hinc intrantes lombardiam multa mala facere ceperunt. Quorum uiolentie ac belluyno furori cum terre incole in unum augmen conglobate resistere conarentur, tunc innumerabilis multitudo lombardorum per hungaros ictibus | sagittarum periit, quam plurimis episcopis et comitibus trucidatis. Tunc lutuardus episcopus uercellensis ecclesie, uir nominatissimus, caroli minoris quondam | imperatoris familiarissimus amicus, ac fidelissimus a secreto, hoc | audito assumptis secum opibus atque incomparabilibus thesauris, quibus ultra | quam estimari potest habundabat, Cum omnibus uotis effugere laboraret eorum cruentam ferocitatem, tunc inscius super hungaros incidit, et mox ab eis captus interficitur, et thesaurum estimationem | humanam transcendentem, quem secum ferebat rapuerunt. Eodemque tempore Stephanus frater Waldonis comitis cum in secessu residens | super murum castri in nocturnis aluum purgare uellet, tunc a quodam | hungaro per fenestram cubiculi sui sagitte ictu grauiter uulneratur, | de quo uulnere eadem nocte extinguitur. **LIV De deuastatione lotoringie alemannie et Francie.**

Deinde lotorigiam[2]) et alemanniam deuastauerunt, Francos quoque orientales, in confinio franconie et bauarie multis milibus eorum cesis | ictibus sagittarum in turpem fugam conuerterunt. Et omnia | bona eorum accipientes, ad ducem Zultam in Hungariam | reuersi sunt.

LV De morte lelu et bulsuu[3]) XLIII. 1

Postea uero anno V regnante Counrado imperatore lelu bulsu botond incliti quondam et | gloriosissimi milites Zulte ducis hungarie, missi a domino | suo partes alemannie irrupuerunt, et multa bona eorum accepe|runt. Sed tandem bauarorum et alemannorum nefandis fraudibus | lelu et bulsuu capti sunt, et iuxta fluuium hin in patibulo |

[1]) sic C. [2]) sic C. [3]) in margine.

Digitized by Google

suspensi occiduntur. Botondu et alii hungarorum milites qui ex eis | residui fuerunt, uidentes se malo dolo inimicorum coartatos, audacter[1]) et uiriliter steterunt. Et ab inuicem non sunt alienati, sed | alter alteram partem mensuram in periculum precipue sumpserunt adiuuare, et uulneratorum more leonum in media arma fremebundi ruentes in hostes suos, grauissima cede prostrauerunt. Et quamuis erant | uicti, tamen uictores suos forcius et uictoriosius uicerunt et grauissima cede prostrauerunt. Felix igitur hungarorum embola, multa periculorum experientia iam securior et exercitatior, de ipsa continua exercitatione preliorum, uiribus et potestate prestantior, totam bauariam et alemanniam ac saxoniam et regnum lathariense igne | et gladio consumpserunt. Et erchangenum atque Bertoldum duces eorum | decollauerunt. Hinc uero egressi franciam et galliam expugnauerunt, | et dum inde uictores reuerterentur, ex insidiis saxonum magna strage perierunt. Qui autem ex ipsis euaserunt, ad propria redierunt. Sed | de morte lelu et bulsuu aliorumque suorum militum dux Zulta et | sui primates non modicum sunt conturbati, et inimici theotonicorum | sunt facti. Tunc dux Zulta et sui milites, propter illatam iniuriam inimicorum contra eos inspirare[2]) ceperunt, et quolibet modo possent eis uincere[3]) reddere, non tacerent. Sed diuina gracia adiuuante dux Zulta anno dominice incarnationis DCCCCXXXI genuit filium, quem nominauit tocsun, pulchris oculis et magnis, capilli | nigri et molles, comam habebat ut leo, ut in sequentibus | audietis. **LVI De inimicis athonis regis**

Eodem anno inimici athonis regis theotonicorum in necem eius | detestabili facinore machinabantur. Qui cum per se nichil mali ei | facere potuissent, auxilium hungarorum rogare ceperunt. | Quia sciebant quod hungarii essent in-
XLIV. 1 superabiles in | asuetis bellorum laboribus, et plurimis reg-

[1]) audaucter C. [2]) sic C. pro: conspirare. [3]) pro: uices.

Digitized by Google

nis deus per eos furoris sui flagella | propinasset. Tunc illi inimici athonis regis teothonicorum miserunt nuncios suos ad Zultam ducem, uirum bellicosum, et rogauit[1]) eum dato auro | multo, ut adiutorio hungaro predictum regem athonem inuaderent. | Dux uero Zulta iracundia ductus, tam pro eorum pace et precio, quam etiam pro mor|te lelu et bulsuu gemebundo pectore misit exercitum magnum contra | athonem regem teothonicorum. Quibus principes et ductores fecit Botundi|um filium culpun, et Zobolsum filium eleud, nec non ircundium filium eusee. | Qui cum egressi essent a duce Zulta rursum bauariam alemanniam et | saxoniam atque turingiam in gladio percusserunt. Et exinde egressi in | quadragesima transierunt renum fluuium, et regnum latariensem[2]) in arcu | et sagittis exterminauerunt. Vniuersam quoque galliam atrociter affli|gentes, ecclesias dei crudeliter intrantes spoliauerunt. Inde per abrupta | senonensium, per populos aliminos ferro sibi uiam et gladio aperuerunt. | Superatis ergo illis belli-cosissimis gentibus, et naturali situ locorum tutissimis | montes senonum transcenderunt, et segusam ceperunt ciuitatem. De|inde egressi Taurinam ciuitatem opulentissimam expugnauerunt ceperunt. Et post|quam planam regionem lambardie aspexerunt, totam pene italiam bonis | omnibus affluentem et exuberantem concitatis cursibus spoliauerunt. De|inde uero botond filius culpun et urcun filius eusee, superatis omnibus gentibus | prememoratis, felici uictoria fruentes, ad propria regna reuertuntur. Tunc | hoto rex teothonicorum, posuit insidias iuxta renum fluuium, et cum | omni robore regni sui eos inuadens multos ex eis interfecit. Botond | et vrcun ac reliqui exercitus magis uolentes mori in bello, quam appropriatam | sibi uictoriam amitterent, Tunc hostibus pertinaciter insistunt, et in | eodem bello quendam magnum ducem, uirum nominatissimum interfi|ciunt. Et alios grauiter uulneratos in fugam conuertunt,

[1]) pro: rogauerunt. [2]) sic C.

Digitized by Google

quorum spolia diripiunt. Et exinde ad propria redeunt regna cum magna uictoria. | Et cum Bothond et vrcun in terram pannonie leti reuerterentur. Tunc | Bothond longo labore belli fatigatus, miro modo infirmari cepit, ex luce migrauit, et sepultus est prope fluuium uereucea. Sed istud notum | sit omnibus scire uolentibus, quod milites hungarorum hec et huiusmodi | bella usque ad tempora tucsun ducis gesserunt.

LVII. De constitucione regni.[1])

XLV.1 Dux uero Zulta post reuersionem militum suorum fixit metas regni Hungarie ex parte grecorum usque ad portam Wacil et usque ad terram racy. Ab | occidente usque ad mare, ubi est spaletina ciuitas. Et ex parte theotonicorum usque ad pontem guncil; et in eisdem partibus dedit castrum construere ruthenis, qui cum almo duce auo suo in pannoniam uenerant. Et in | eodem confinio ultra lutum musun, collocauit etiam bissenos non paucos habitare pro defensione regni sui, ut ne aliquando in posterum furibundi theotonici propter iniuriam sibi illatam fines hungarorum deuastare possent. | Ex parte uero boemorum fixit metas usque ad fluuium moroa, sub tali condicione, ut dux eorum annuatim tributa persolueret duci hungarie. Et eodem anno ex parte polonorum, usque ad montem tatur, sicut primo fecerat | regni metam borsu filius bunger. Et dum dux Zulta et sui milites | ita radicati essent unque[2]) hungarii, tunc dux Zulta duxit filio tocsun | uxorem de terra cumanorum. Et ipso uiuente accepit iuramento suorum | nobilium, et filium suum tocsun fecit ducem ac dominatorem super totum regnum hungarie. Et ipse dux Zulta III-o anno regni filii sui de ergastulo corporis uiam uniuerse carnis egressus est. Thocsun uero | dux cum omnibus primatibus hungarie potenter et pacifice per omnes dies | uite sue obtinuit omnia iura regni sui. Et audita pietate ipsius ... | multi hospites con-

[1]) in margine. [2]) sic C. Endl undequaque.

Digitized by Google

fluebant ad eum ex diuersis nationibus. Nam de terra | bular uenerunt quidam nobilissimi domini, cum magna multitudine his mahelitarum, quorum nomina fuerunt Billa et Bocsu. Quibus dux per diuersa | loca Hungarorum condonauit terras, et insuper castrum quod dicitur pest | in perpetuum concessit. Bylla uero et frater eius Bocsu, a quorum progenie ethey | descendit, inito consilio de populo suo secum ducto duas partes ad seruicium | predicti castri concesserunt. Terciam uero partem suis posteris dimiserunt. Et eodem tempore de eadem regione uenit quidam nobilissimus miles nomine Heten, cui eciam dux terras et alias possessiones non | modicas condonauit. Dux uero thocsun genuit filium nomine geysam | quintum ducem hungarie; et in eodem tempore de terra byssenorum | uenit quidam miles de ducali progenie, cuius nomen fuit thonuzoba pater vrcund, a quo descendit genus thomoy. Cui dux thocsun dedit terram habitandi in partibus Kemey usque ad tysciam, ubi | nunc est portus Obad. Sed iste thonuzoba uixit usque ad tempora sancti | regis Ste- XLVI. phani nepotis ducis tocsun. Et dum beatus rex Stephanus uerba uite predicaret, et hungaros baptizaret, tunc thonuzoba in fide | uanus, noluit esse christianus, sed cum uxore uiuus ad portum obad est sepultus, | ut ne baptizando ipse et uxor sua uiuerent cum Christo in eternum. | Sed vrcun filius suus christianus factus uiuit cum Christo in perpetuum.

Digitized by Google

II.

Magistri Simonis de Keza

GESTA HUNGARORUM.

Prohemium quoddam de gestis et factis hungarorum.*)

1. Inuictissimo et potentissimo domino Ladislao tercio gloriosissimo regi Hungarie[1]) magister Simon de Keza fidelis clericus eius ad illum aspirare,[2]) cuius pulchritudinem mirantur sol et luna. Cum uestro[3]) cordi affectuose adiaceret hungarorum gesta cognoscere, et id mihi[4]) veraciter constitisset, nationis eiusdem historias,[5]) que diuersis scartabellis[6]) per Italiam Franciam ac Germaniam sparse sunt et diffuse, in uolumen unum redigi procuraui, non imitatus Orosium, qui fauore Ottonis cesaris, cui hungari in diuersis preliis confusiones plures intulerant, multa in libellis suis apocrypha confingens ex demonibus incubis hungaros asseruit generatos. Scripsit enim quod Filimer magni Aldarici regis Gothorum filius, dum fines Scitie armis impeteret, mulieres quedam nomine[7]) Baltrame nominantur, plures secum in exercitu suo dicitur deduxisse. Que dum essent militibus infestissime, retrahentes plurimos per blandicies a negotio militari, consilium regis ipsas fertur de consortio exercitus eapropter expulisse. Que quidem peruagantes per deserta[8]) littora paludis Meotidis,[9]) tandem descenderunt, ibique diutius dum mansissent, priuate solatio maritali, incubi demones ad ipsas venientes, concu-

*) Cod. Vind. [1]) hungarorum. [2]) aspicere. [3]) nostro. [4]) etiam. [5]) uictorias. ystorias V. [6]) sparse bellis. [7]) mul. que patrio nomine B. V. mul. que. generationes Baltucme. He. [8]) loca siue, add. V. [9]) meotide.

Digitized by Google

buisse cum ipsis,[1]) iuxta dictum Orosium[2]) referuntur. Ex qua quidem coniunctione dixit hungaros oriundos. Sed ut eius assertio palam fiat, falsissima primo[3]) per textum comprobatur evangelicum: quod spiritus carnem et ossa non habent; et quod est de carne caro est, quod autem de spiritu, spiritus est. Contrarium quoque naturis rerum dixisse indicatur,[4]) et penitus aduersatur veritati, ut spiritus generare possint. quibus non sunt concessa naturalia instrumenta, que virtutem ac officium dare possint generandi, valentes perficere veram formam embrionis. Quocirca patet, sicut mundi nationes alias, de viro et femina hungaros originem assumpsisse. In eo etiam[5]) idem satis est transgressus veritatem, ubi solos sinistros preliorum euentus videtur meminisse ipsorum hungarorum, felices preteriisse silentio perhibetur, quod odii manifesti materiam portendit evidenter. Volens itaque veritatem imitari, sic inprosperos ut felices interseram; scripturus quoque ortum prefate nationis, ubi et habitauerint, quot etiam regna occupauerint, et quotiens[6]) immutauerint sua loca. Illius tamen adiutorio, et[7]) gratia ministrante, qui rerum omnium que sub lunari circulo esse habent, et ultra vita quoque fruuntur creatione habita, est Deus opifex creator idem ac[8]) redemtor, cui sit honor et gloria in secula sempiterna. **Explicit prologus.**[9])

INCIPIUNT HUNORUM[10]) GESTA.[11])

CAPUT I.

2. Multifarie multisque modis olim in veteri testamento, et nunc sub[12]) etate sexta seculi diversas historias diuersi[13]) descripserunt, prout Josephus Isidorus[14]) Oro-

[1]) eis V. [2]) Orosii He. V. [3]) porro. [4]) iudicatur He. V. [5]) Et idem. V. [6]) quoties. [7]) ac V. [8]) et V. [9]) deest in V. [10]) hungarorum. [11]) V. pro his habet: Incipit prologus in cronica hungarorum. [12]) in V. [13]) diuersas diuersi hist. V. [14]) et. add. V.

Digitized by Google

sius et Gotfridus aliique quamplures, quorum nomina exprimere non est opus. Ego[1]) autem in illo tempore illius mundi illud opus inchoavi, quando charitas refriguerat, iniquitas abundauerat, et omnis caro ad malum quam ad bonum pronior erat.[2])

Porro cum per cladem diluuii preter Noe et tres filios eius deleta esset omnis caro, tandem ex Sem Kam et Japheth LXX[3]) due tribus post diluuium sunt progresse. De Sem XXII,[4]) ex Kam XXXIII[5]) a Jafet vero X et septem. Dum autem tribus iste sicut refert Josephus lingua ebraica uterentur, dicto[6]) primo anno post diluuium Menrot[7]) gygans filius Thana ex semine Jafet oriundus, turrem construere cepit cum omni cognatione sua, attendentes periculum preteritum, ut si contingeret diluuium iterari, possent euitare ultionis iudicium turris interfugio. Diuini vero mysterii arbitrata sententia, cui non sufficit resistere humanus intellectus, sic illorum mutauit loquelam, ac confudit, ut dum proximus a proximo non posset intelligi, tandem in diuersas sunt dispersi regiones. Fecerant enim in turri memorata, sicut dicit Josephus deorum templa ex auro purissimo, palatia lapidibus pretiosis fabricata, columpnas aureas et plateas diuersimode petris coloratis diuersiusque astracatas.[8]) Et erat turris ipsa in quadrum subleuata ab uno angulo ad alium habens passuum longitudinis milia XV, et latitudinis totidem. Altitudinis vero quantitas nondum finita[9]) erat, sed usque lunarem circulum, quem diluuii unda non attigerat, illorum cogitatu debebat subleuari. Trecentorum autem passuum grossitudo fuerat fundamenti,[10]) subleuata siquidem paulatim artabatur, quod grossities interior[11]) pondus prominens sustineret.

---

[1]) sequentia usque „pronior erat“ om. He. [2]) V interponit rubrum: Incipit prima cronica hungarorum Porro etc. cetera exhibent contextum codicum Chronici dicti Budensis et eius affinium. [3]) Sem Japh. et Kam. [4]) XXV. [5]) XXXVII. [6]) deinde. [7]) Nemroth. [8]) ductibusque abstractas. Editor Horányi. [9]) fin. non. He. [10]) fund. fu. [11]) inferior.

Digitized by Google

Sita etenim erat inter Nubiam et Egiptum, cuius antiqualia cernuntur usque hodie euntibus de Memphis Alexandriam.

3. Dimissis ergo incidentiis, que cepte materie dant colorem, redeundum est ad Menroth.[1]) qui gygans post linguarum inceptam confusionem, terram Euilath introiuit, que regio Perside[2]) isto tempore appellatur, et ibi duos filios Hunor scilicet et Mogor ex Enee[3]) sua coniuge generauit, ex quibus Huni siue[4]) Hungari sunt exorti. Sed quia gygans Menroth uxores alias sine Enee[3]) perhibetur habuisse, ex quibus absque Hunor et Mogor plures filios et filias generauit, hy sui filii et eorum posteritas Perside[5]) inhabitant regionem, statura et colore Hunis similes, tantummodo parum differunt in loquela, sicut Saxones et Turingi. Cum autem Hunor et Mogor Menroth essent primogeniti, a patre ipsorum tabernaculis separati incedebant. Accidit autem dierum una venandi causa ipsos perrexisse; quibus in deserto —[6]) cerua occurrisset, in paludes Meotidas illam insequentes, fugiit ante eos. Cumque ibi ab oculis eorum prorsus vanuisset, diutius requisitam inuenire ullo modo potuerunt. Peragratis tandem paludibus memoratis, pro armentis nutriendis ipsam conspexerunt oportunam, Ad patrem deinde redeuntes ab ipso licentia impetrata cum rebus omnibus paludes Meotidas intrauerunt moraturi. Regio quidem Meotida Perside[7]) patrie est vicina, quam undique pontus preter vadum unum paruissimum girouallat, fluminibus penitus carens, erbis lignis volatilibus piscibus et bestiis copiatur. Aditus illuc difficilis et exitus. Paludes autem Meotidas adeuntes annis[8]) V immobiliter permanserunt. Anno ergo VI exeuntes in deserto loco sine maribus in tabernaculis permanentes uxores ac pueros filiorum Belar casu repererunt,[9]) quos cum rebus eorum in paludes Meotidas cursu celeri deduxerunt. Accidit autem principis Dule Alanorum duas filias inter illos pueros com-

---

[1]) Nemroth. [2]) Persidis. [3]) Eneth. [4]) seu. [5]) Persidem. [6]) cum add. He. [7]) Persidis. [8]) annos. [9]) reperiunt.

Digitized by Google

prehendi, quarum unam Hunor et aliam Mogor sibi[1]) sumpsit in uxorem. Ex quibus mulieribus omnes Huni siue Hungari originem assumpsere. Factum est autem cum diutius in ipsis paludibus permansissent, in gentem validissimam succrescere inceperunt, nec capere eos potuit ipsa regio et nutrire.

4. Exploratoribus igitur[2]) in Scitiam abinde destinatis, Scitie regno explorato cum pueris et armentis ipsam patriam intrauere permansuri. Regnum itaque ipsum dum adiissent, Alpzuros et Prutenos in eo inuenerunt habitantes, quibus deletis et expulsis aut occisis,[3]) usque hodie illud regnum inuitis vicinis[4]) pacifice dinoscuntur possidere. Scitica enim regio in Europa situm habet, extenditur enim versus orientem; ab uno vero latere ponto aquilonali, ab alio montibus Rifeis includitur a zona torrida distans. De oriente quidem Asie iungitur,[5]) oriuntur etiam in eodem duo magna flumina, uni nomen Etul, et alterius Togora. Gentes siquidem in eo regno procreate otia amplectuntur, vanitatibus dedite, nature dedignantis, artibus[6]) venereis intendentes, rapinas cupiunt, generaliter plus nigre colore quam albe. Scitico quoque regno de oriente iungitur regnum Iorianorum, et post hec Tarsia, et tandem Mangalia ubi Europa terminatur. Ex plaga uero estiuali subsolana gens iacet Corosmina, Ethiopia etiam, que India minor dicitur. Ac post hoc[7]) inter meridiem et cursum Don fluuii desertum existit immeabile. Fluuius siquidem Don in Scitia oritur, qui ab Hungaris Etul nominatur; sed ut montes Rifeos transit, diffluendo Don est appellatus, qui tandem in planum effluens currit terram Alanorum, postea vero cadit in rotundum mare ternis ramusculis. Togora autem fluuius discurrit de Scitia exiendo[8]) per desertas siluas paludes ac montes niueos, ubi nunquam sol lucet propter nebulas. Tandem intrat in yrca-

[1]) suam. [2]) ergo. [3]) aut occ. om. He. [4]) inu. vicin. om. He. [5]) iunguntur. [6]) actibus. [7]) hec. [8]) exeundo.

Digitized by Google

niam vergens in mare aquilonis. Longitudo siquidem Scitice regionis stadiis CCC et LX extendi perhibetur, latitudo vero CXC. Situm enim naturalem habet tam munitum, ut in solo locello paruissimo ibi aditus reperitur. Propter quod nec romani Cesares, nec magnus Alexander quamuis attemptassent, potuerunt in eam introire. Scitia enim solo leta est, nemoribus siluis herbis uenustata, et bestiis diversi generis mirabiliter diues, ac referta. Habet etiam de occidente vicinos Bessos et Comanos albos. Sed circa mare aquilonis quod eidem vicinatur usque regnum Susdalie et desertum siluestre, humano generi immeabile, quod ad magnum spatium extendi perhibetur, ubi nubium densitas per nouem menses iacet. Ibi nec sol cernitur, nisi tantummodo in Junio Julio ac Augusto, et id in tanta diei hora, quantum a sexta est usque nonam. In montibus etenim deserti memorati cristallus inuenitur et Grifo nidum parat,[1]) auesque legerfalc que hungarice Kerechet appellantur procreare pullos dinoscuntur.

5. Sciticum enim regnum comprehensione una cingitur, sed in regna tria dividitur principando, scilicet in Barsaciam, Dentiam, et Mogoriam. Habet etiam prouincias C. et octo propter C. et octo progenies, que dudum per filios Hunor et Mogor quando Scitiam inuaserunt sunt diuise. Centum enim et octo generationes pura tenet Hungaria et non plures. Alie autem si que ipsis sunt coniuncte aduene sunt, vel ex captiuis oriundi. Quoniam ex Hunor et Mogor in palude Meotida centum et octo progenies absque tamen[2]) missitalia fuere generate. Quorum ergo aduenarum generatio in fine huius libri apponetur seriatim.

CAPUT II.

6. Igitur in etate sexta seculi multiplicati Huni in Scitia habitando ut arena, anno domini septingentesimo in unum congregati capitaneos inter se, seu duces vel

[1]) Grifones nidum parant. [2]) omni. add. He.

Digitized by Google

principes prefecerunt, quorum unus Wela fuit Thele file filius[1]) ex genere Zemein oriundus, cuius fratres Cuwe et Caducha ambo capitanei; quarti vero ducis nomen Ethela fuit Bendacuz[2]) filius, cuius fratres Reuwa et Buda uterque duces extitere de genere Erd oriundi: ut simul uno corde occidentales occuparent regiones. Constituerunt quoque inter se rectorem unum nomine Kadar de genere Turda oriundum, qui communem exercitum iudicaret, dissidentium lites sopiret, castigaret malefactores, fures ac latrones. Ita quidem, ut si rector idem immoderatam sententiam definiret, communitas in irritum reuocaret, errantem capitaneum et rectorem deponeret quando vellet. Consuetudo enim ista legitima inter Hunos siue Hungaros usque ad tempora ducis Geiche filii Tocsum[3]) inuiolabiliter extitit obseruata. Antequam ergo baptizati fuissent Hungari, et effecti christiani, sub tali voce precones in castris ad exercitum Hungaros adunabant: Vox dei et populi Hungarici, quod die tali unus quisque armatus in tali loco precise debeat comparere, communitatis consilium preceptumque auditurus. Quicunque ergo edictum contempsisset, pretendere non valens rationem, lex Scitica per medium cultro huiusmodi detruncabat, vel exponi in caussas desperatas, aut detrudi in communium seruitutem. Vitia itaque et excessus huiusmodi unum Hungarum ab alio separauit.[4]) Alias cum unus pater, et una mater omnes Hungaros procreauerit, quomodo unus nobilis alter ignobilis diceretur, nisi victus per tales casus communis[5]) haberetur.

7. Tunc de tribubus centum et octo elegerunt viros fortes ad bellandum, assumentes de quolibet genere decem milia armatorum, aliis in Scitia derelictis, qui eorum regnum ab hostibus custodirent, eleuatisque baneriis egredientes Bessorum et Comanorum alborum terras transirent.[6])

---

[1]) Thele filius. [2]) Bendacus. [3]) Tocsun [4]) separarunt. [5]) criminis. [6]) transierunt.

Digitized by Google

Deinde Sosdaliam Rutheniam et nigrorum Comanorum terras ingressi, tandem usque Tize flumen saluis rebus, inuitis gentibus prefatis peruenerunt. Qua quidem regione circumspecta omni cetui conplacuit non incedere ulterius cum armentis et familia. Cum uxoribus etenim, tabernaculis et bigis descenderant de eorum terra. Cumque eo tempore Pannoniam Pamphiliam Phrygiam Macedoniam Dalmaciamque tetrarcha Macrinus natione longobardus urbe Sabaria oriundus gubernaret, armis bellicis informatus, audito quod Huni super Tizam resedissent, et de die in diem lacerarent regnum eius, cum alumpnis regni sui ipsos aggredi reformidans, ad romanos suos nuntios destinauit, contra Hunos petiturus gentem et auxilium commodari. Ex gratia[1]) etenim romanorum in predictis patriis imperabat. Tunc romani Ditricum veronensem alamannum natione illo in tempore super se regem prefecerant voluntarie, quem petentes ut Macrino subsidium importaret. Ditrico ergo animo gratanti[2]) annuente, egressus cum exercitu italico germanico ac ceteris mixtis gentibus occidentis, peruenit in Zazholm, ubi ipsi Longobardi conuenerant, ad Potentianam ciuitatem pertractans cum Macrino consilium, utrum Hunos in eorum descensu Danubium transiendo, vel in alio loco congruente inuadere oporteret.

8. In istis itaque consiliis[3]) et tractatibus Ditrico Macrinoque residentibus, noctis silentio super utres Huni Danubium in Sicambria transiuerunt, exercitum Macrini et Ditrici, quem capere Potentiana non potuit in tentoriis campis commorantem crudeliter trucidarunt. Pro qua enim inuasione Ditricus acerbatus in campum Tawarnucweg[4]) exiuit cum Hunis committens prelium cum suorum et Macrini maximo interitu ac periculo, fertur tamen Hunos in hoc loco potenter deuicisse. Hunorum autem residuum in sua est reuersum, arrepta fuga, tabernacula. In eo enim prelio ex Hunis virorum C. milia et XXV milia

[1]) parte. [2]) constanti. [3]) om. He. [4]) Tavarnucvelg.

Digitized by Google

corruerunt Cuwe etiam capitaneo ibidem interfecto. De militia vero Ditrici et Macrini exceptis illis qui in suis tentoriis ante urbem memoratam fuerant trucidati CC milia et X milia perierunt. Videns ergo Ditricus tantam cedem suorum accidisse, die altera post congressum prelii perrexit versus Tulnam ciuitatem cum Macrino, que tunc erat ciuitas Latinorum inter urbes Pannonie computata.[1]) Tunc Huni intellecto quod Macrinus et Ditricus de loco certaminis remouissent sua castra, reuersi ad locum certaminis sociorum cadauera que poterant inuenire, Cuwemque capitaneum prope stratam, ubi statua est erecta lapidea, more Scitico solempniter terre commendarunt, partesque illius territorii Cuweazoa propter hoc vocauerunt. Cognita itaque armorum et animi occidentis nationis qualitate et quantitate, Huni animum resumendo exercitu resarcito[2]) aduersus Ditricum et Macrinum versus Tulnam pugnaturi perrexerunt. Quorum aduentum Ditricus ut cognouit in Cesummaur eos conuenit, et a mane usque nonam prelium est commissum tam vehemens ac hostile, ut Wela Rewa et Caducha Hunorum illustres capitanei cum aliis XL milibus in ipso certamine interirent. Quorum etiam cadauera abinde remouentes apud statuam memoratam cum ceteris sociis subterrarunt. Occubuit quoque Macrinus ex Romano exercitu ipso die, et quamplures principes Germanorum, Ditrico per iaculum in fronte letaliter vulnerato, et quasi toto exercitu occidentis intercepto et fugato.

9. Postquam vero exercitus se dispersit, Romano more Huni super se Ethelam regem preficiunt, ipseque Budam fratrem suum de flumine Tize usque Don super diuersas exteras nationes pricipem constituit ac rectorem. Ipse autem seipsum Hunorum regem, metum orbis, flagellum Dei a subiectis suis fecit appellari. Erat enim rex Ethela colore teter, oculis nigris et furiosis, pectore lato,

[1]) „que tunc computata“ desunt. [2]) deest vox: resarcito.

Digitized by Google

elatus incessu, statura breuis, barbam prolixam cum Hunis deferebat. Audacie quidem temperantis erat, in preliis astutus et sollicitus, suo corpore competentis fortitudinis habebatur. In voluntate siquidem magnanimus, politis armis, mundis tabernaculis, cultuque utebatur. Erat enim venereus ultra modum. In arca sua aes tenere contempnebat, propter quod ab extera natione amabatur eo quod liberalis esset ac communis. Ex nimia[1]) vero seueritate[2]) quam[3]) habebat a suis Hunis mirabiliter timebatur. Nationes ideoque regnorum diuersorum ad ipsum de finibus orbis terre confluebant, quibus pro posse liberaliter affluebat. Decem enim milia curruum falcatorum in suo exercitu deferri faciebat, cum diuersis generibus machinarum, quibus urbes et castra destrui faciebat. Tabernacula etiam variis modis regnorum diuersorum habere consueuerat operata. Unum habebat sic celebre et solempne, ut ex laminis aureis mirifice coniunctim solidatum, modo solui, et nunc reconiungi ad tendentium staret voluntatem. Columpne cuius[4]) ex auro laborate habentes iunctiones opera ductilia, in medio tamen vacue, in iuncturis suis pretiosis lapidibus iungebantur mirabiliter fabricate. Sed etiam sua maristalla dum pergeret in exercitum equis diuersarum patriarum replebatur,[5]) quos quamuis[6]) visus esset habuisse, largiter egentibus tribuebat, ita quidem ut vix duos haberet aliquando pro usu equitandi. Iste ergo maristalle[7]) ex purpura et bisso habebant paraturam, selle vero regales ex auro et lapidibus pretiosis fuerant laborate. Mensa autem eius erat tota aurea, vasa etiam coquinarum. Thalamus quidem eius ex auro purissimo laboratu mirifico in exercitu secum ferebatur. Expeditio autem eius preter exteras nationes, decies centenis armatorum milibus replebatur, ita quidem, ut si unum Sciticum decedere contigisset, alter pro ipso confestim ponebatur. Sed arma gentis

---

[1]) natura. [2]) serenitatem. [3]) omittitur. [4]) eius. [5]) replebantur. [6]) supple: caros. [7]) ista ergo maristalla.

Digitized by Google

eius ex corio maxime, et etiam metallis variis diuersimode fuerant laborata, ferens arcus, cultros et lanceas. Banerium quoque regis Ethele, quod in proprio scuto gestare consueuerat, similitudinem auis habebat, que hungarice turul dicitur, in capite cum corona. Istud[1]) enim banerium Huni usque tempora ducis Geiche dum se regerent pro communi, in exercitu semper secum gestauere. In istis itaque et aliis populis huiusmodi Ethela rex Hunorum pre ceteris regibus sui temporis gloriosior erat in hoc mundo. Ciuitatum castrorum et[2]) urbium dominus fieri cupiebat, et super illas dominari. Habitare vero in ipsa[3]) contempnebat. Cum gente enim sua in campis cum tabernaculis et bigis incedebat. Extera natio que eum sequebatur, in ciuitatibus et in villis. Indumentorum vero modus et forma sibi et genti[4]) modum Medorum continebat.

CAPUT III.

10. Postquam vero in prelio Cesummaur Romani corruissent, et fuissent dispersi usquequaque, rex Ethela est conuersus in castra gentis sne, et ibi in descensu ultra Tizam paucis diebus habitauit. Tandem in Scewem[5]) curiam solempnem celebrare procurauit. Ad quam Ditricus de Verona cum principibus Germanie accedens omne homagium Ethele et Hunis fecisse perhibetur. Suggessit regi, ut inuadere debeat regna occidentis. Cuius quidem consilium amplectendo exercitum statim proclamari iussit. Egressus de Sicambria primo Illiricos subiiciens deinde Renum Constantie pertransiuit. Abinde vero Renum inferius descendendo rex Sigismundus apud Basileam cum ingenti exercitu suo conuenit, quem deuincens cum impetu, suo fecit imperio obedire. A loco autem illo egressus obsedit Argentinam ciuitatem, quam primitus Romanornm Cesarum nullus potuit expugnare, metus orbis expugnauit diruendo murum eius, ut cunctis adeuntibns via libera

[1]) illud. [2]) deest. [3]) ipsis. [4]) sua et gentis. [5]) Scéven.

Digitized by Google

haberetur, edictum faciens, ne viuente eo mutaretur.[1]) Propter quod eadem ciuitas postmodum Strosburc non Argentina usque hodie est vocata. Amoto autem de loco illo suo exercitu[2]) Luxouium Bizantiam. Chalon Masticoniam Lingonensem, et Lugdulum Burgundie destruxit ciuitates. Descendens tandem iuxta Rodanum aduersus Cathalaunos, ubi etiam diuiso suo exercitu tertiam partem sue gentis contra Miramammonam Soldanum scilicet Marroquie[3]) cum electis capitaneis destinauit. Quo audito Mirama de urbe Sibilie fugiit ante Hunos in Maroquiam[4]) brachio Sibilie transpassato. Tunc interea regem Ethelam Romanorum patricius dictus Ecius cum X regibus occidentis inuasit ex abrupto. Et dum subitum insultum niterentur facere super Ethelam per nuncios preliandi inducias ab ipsis postulauit, ut copia sue gentis que absens erat iungeretur. Sed illis renuentibus, inter utrosque exercitus a mane usque noctem in campo Beluider prelium est commissum. Erat enim inter utrosque exercitus fluuius discurrens tam paruissimus, ut si capellum in ipso quis iactasset fluuii plano, cursu vix poterat inferius remoueri. Prelio autem[5]) confecto animalium sanguine et humano talis torrens efficitur, ut aurigam cum curru intro traheret et armatos, fieretque mortalitas per torrentem in exercitu valde magna. Istud ergo prelium quod commissum extitit inter Hunos ac reges occidentis in loco memorato, omnibus preliis huius mundi que commissa sunt uno loco et una[6]) die per veteres maius esse perhibetur. In quo quidem conflictu Gothorum rex Aldaricus miserabiliter intercipitur.[7]) Cuius quidem obitnm alii reges ut cognoscunt, in fugam conuertuntur. Ab illo itaque die eleuatum est cor Hunorum et regis Ethele, timorque percussit orbem terre, et plura regna hoc audito, censu ac tributo eis seruiuerunt.[8])

---

[1]) moraretur. [2]) exer. suo. [3]) Marroque. [4]) marchiam. [5]) iam. add. He. [6]) uno. [7]) interficitur. [8]) seruierunt.

Digitized by Google

11. Tertia vero exercitus societas que fuerat contra Miramammonam destinata, propter moram interesse non valens in[1]) prelio, remansit usque vitam[2]) Katalaunis, habitatores tandem Katalaunie sunt effecti. Erant enim soli Huni preter exteras nationes CCC milia XXX milia et XXXII Huni. Ex his etiam Hunis plures fuerant in exercitu capitanei constituti, qui Hunorum lingua Spani vocabantur, ex quorum nominibus tota Ispania postmodum est vocata, cum primo vocati essent Katalauni. Dimorantibus[3]) siquidem Ethela et Hunis in Beluider aliquamdiu tandem regressi cum victoria intrauerunt Tolosanam ciuitatem, ubi a ciuibus cum laude summa sunt suscepti. Indeque recedentes Remensem ciuitatem Gallicorum, que Ethele in eundo restiterat, igne concremarunt, militia et ciuibus, quod se ita recluserat[4]) omnibus trucidatis. Taliterque Francia et Flandria demolita Renum Colonie pertransiuit, ubi sanctam Ursulam Britanorum regis filiam cum XI milibus virginum Hunorum feritas crudeliter iugulauit. Abinde Turingiam introgressus in Isnaco curia celebrata super Dacos Noruagios Frisones Lituanos et Prutenos exercitum magnum destinauit, quibus deuictis et humiliatis sibi fecit subiugari. Ab Isnaco ante[5]) curia celebrata egrediens Sicambriam introiuit, ubi Budam fratrem suum manibus propriis interfecit, prohici faciens corpus eius in Danubium, eo quod ipso Ethela in partibus occiduis preliante inter eum et fratres[6]) eius metas stabilitas transgressus fuerat dominando. Fecerat enim[7]) Sicambriam suo nomine appellari. Et quamuis Hunis et ceteris suis gentibus interdictum rex Ethela posuisset, ut urbs Ethele vocaretur, Teutonici interdictum formidantes, eam Echulburc vocauerunt. Huni vero, curam paruam illud reputantes interdictum, usque hodie eandem vocant Oubudam sicut prius. His itaque sic peractis, V annis continue in Sicam-

---

[1]) om He. [2]) Ethele ad. He. [3]) demorantibus. [4]) qui se in ea recluserant. [5]) autem. [6]) fratrem. [7]) etiam.

Digitized by Google

bria requieuit, speculatoribus suis in mundi quatuor partes distributis. Speculatorum siquidem prima societas ordinatim de Sicambria, in quantum unius clamor ad alium audiri potuisset, Colonie Germanie ciuitate die ac nocte stare consueuerat; altera usque Lituam; tertia in Don fluuii litore; quarta vero Jadre ciuitate Dalmatie stationes faciebat. Quorum voce et clamore quid Ethela ageret, seu quali exercitationi deditus esset, mundi partes quatuor potuissent experiri.

CAPUT IV.

Incidentia.

12. Pannonie Pamfilie Macedonie Dalmatie et Frigie ciuitates que crebris spoliis et obsidionibus per Hunos erant fatigate, natali solo derelicto in Apuliam per mare Adriaticum de Ethela licentia impetrata transierunt; Blackis, qui ipsorum fuere pastores et coloni remanentibus sponte in Pannonia. Repausato autem rege Ethela Sicambria V annis defectum tertie partis sui exercitus que remanserat Katalaunis resarcire procurauit, curiaque solempni celebrata egressus est de Pannonia, per Stiriam Carintiam et Dalmatiam pertransiens, apud urbem Salonam mari Adriatico et Spaletum se coniunxit, ubi ambas urbes dirui fecit et cremari.[1]) Egressus tandem circa mare Traguram Sebenicum Scardonam Iadram Nonam Senam Polam Parentiam Capostiriam[2]) Triestinam[3]) ciuitatem ac cetera multa oppida occupans in montanis peruenit tandem Aquilegiam, cuius magnitudine circumspecta stupefactus, se confusum reputabat, si dictam ciuitatem inexpugnatam reliquisset, pro eo maxime, quia quamplures Longobardi de Pannonia, qui Hunorum dominium et Ethele contemserunt[4]) confugisse in ipsam ferebantur. Quos

[1]) concremari. [2]) Capostriam. [3]) Terestinam. [4]) contempserant.

Digitized by Google

quidem a ciuibus per nuntios repetens, et dum tradere recusarent, expugnare cepit ciuitatem machinarum diuersis instrumentis. Quam dum capere nullatenus potuisset, obsedit eam anno uno et dimidio. Accidit ergo die uno ut eandem circuiret ciuitatem multis fitonicis eius lateri adherentibus, in quibus iuxta sue opinionem fidei, spem maximam apponebat; et videns ciconiam de mari euolantem, et in pinnaculo unius palatii, in quo habebat nidum suum resedisse, acceptoque in rostro pullo suo in maris arundines visibiliter deportauit. Reuersa tandem et alios pullos suos simul cum nido transtulisse perhibetur. Quo viso rex Ethela suis militibus ad se conuocatis ait: Cernite ergo socii quod ciconia ista futurorum fatorum sentit indicia, urbemque per nos diruendam, ad fugam, ne cum ciuibus pereat, se communit. Estote ergo die crastina in prelio fortiores, videbitis ciuitatem ruituram. Tunc edicto proclamato machinarum omnium[1]) genere adhibito, cum non potuisset machinis expugnare, ingenio Scitticorum tandem usus ex decies centenis milibus sellam unam de quolibet postulauit, et facta congerie ex sellis iuxta murum iussit incendi sellas ipsas, quarum flamma ac ardore murus se dissoluens corruisse in terram cum turribus perhibetur. Quo viso omnes ciues urbe derelicta in insulam maris fugerunt.[2]) Eandem etenim insulam intrauerant eterno permansuri, sed in ipsa paucis annis dimorantibus[3]) tandem propter metum regis Ethele in paludes Realt ubi nunc morantur intrauerunt. Unde etiam eadem insula usque hodie Venetica lingua Vecca Venesia nominatur. Veneti[4]) siquidem sunt Troiani ut canit Cronica veterorum: „Veneti siquidem sunt Troiani etc.“[5]) Post excidium enim Troie Aquilegie permanserunt, quam et fundasse referuntur. Quidam autem Venetos de Sabaria fuisse opinantur. Sabaria vero habitata fuerat Longobardis, in qua erat ge-

[1]) omni. [2]) fugierunt. [3]) demorantibus. [4]) Venetii. [5]) Ven — troiani. des. in He.

Digitized by Google

neralis schola orbis terre nationi, poetarum musis, et dogmatibus philosophicis elucenter illustrata, idolorumque erroribus diuersis mancipata. Quam quidem Gothorum nomine[1]) Archelaus rex primitus deuastauit, sed postea per Hunos de Pannonia expelluntur, nuncque litora Tycini habitare dinoscuntur, qui et dicuntur Papienses.

13. Postquam autem rex Ethela Aquilegiam expugnauit, inde venit in Forum Iulii, ubi Ciuitate Concordia occupata in marchiam intrauit Lombardie[2]) in qua Taruisium Brixiam Paduam Cremonam Veronam Mantuam Pergamum Mediolanum, Alexandriam[3]) Ferrariam aliasque plures urbes Italie suo dominio subiugauit. Post hec Ravennam appropians[4]) Arianorum archipresul qui in dicta ciuitate contra sedem apostolicam fecerat eleuari XII cardinales suam sectam imitantes, thesaurum habens copiosum, ciuibus ignorantibus Hunos in urbem occulte intromisit, catholicos qui erant in ea potiores per ipsos fecit trucidari, permittens[5]) Ethele quod si sue secte adheserit, fueritque christianos persecutus, absque fatiga sue gentis et expensis Romanam urbem, totam Italiam et Affricam eius imperio subiugaret. Cumque Ethela annuisset, plus amore dominii quam secte memorate, cognito Romani periculo, quod exinde poterat christicolis suscitari, Leonem[6]) Romanum antistitem ad Ethelam transmiserunt, petentes ut exiret de finibus Lombardorum propter quod ei et censum persoluerent, et gentem darent quam[7]) vellet. Apostolico itaque ad Ethelam cum comitibus[8]) et clero Romano pro parte[9]) conuenerunt in campo ante Rauennam locuturi. Dumque in equis uterque mutuo loquerentur, graueque videretur[10]) regi admittere quod[11]) Romani postulabant, inter colloquia contigit Ethelam sursum aspicere, superque caput suum in aëre hominem pendere, gladium

---

[1]) Got. nom. des. in He. [2]) Longobardie. [3]) deest in He. [4]) adproperans. [5]) promittens. [6]) deest in He. [7]) quando. [8]) crucibus. [9]) properante. [10]) grauiaque viderentur. [11]) que.

Digitized by Google

tenentem versatilem, qui caput eius auferre minabatur. Unde quidem corde perterritus, uniuersas petitiones annuit Romanorum, et sic Apostolicus cum gaudio Romam rediit, et rex Rauennam est ingressus. In qua quidem archipresulem Arianum cum omnibus sequacibus et complicibus captiuari faciens, extorsit ab eo sexaginta marcarum milia auri, quos postea fecit omnes iugulari. In his etiam diebus dum Ethela Rauenne moraretur, Zoard capitaneus princeps militie regis cum Hunorum exercitu intrat in Apuliam et Calabriam, ubi Reginam ciuitatem et Cathonam, in qua Catho natus habitauit, demolitur et demum[1]) Terra laboris demolita usque montem Cassinum exercitus vastat, inde tandem cum victoria Rauennam est reuersus. His itaque sic peractis de Italia rex Ethela rediit in Pannoniam. Dum ergo per occidentem orientem aquilonem ac meridiem longe lateque imperando extendisset suum posse, vertebat in animo transfretare, ut Egiptios Assirios et Africam subiugaret.[2])

14. Tunc interea Bractanorum regis filiam Micolt nomine sibi adducunt ad amandum, suam[3]) formam humanam pulcriorem, quam quidem adamasse in tantum perhibetur, quod excessit modum in habendo. Eadem enim nocte, cum ipsam carnaliter cognouisset, plus excesserat more solito in potando, et usu coitus pro velle[4]) consumato, ex eius naribus supine dormienti sanguis est egressus, qui locum liberum non habens exeundi, in meatum gutturis introiuit, ubi coagulando prepediens anhelitum, metum orbis suffocauit. Micolt uero de somno excitata, dum suum dominum crebris motibus excitasset, nec se mouere potuisset, corpus cernens frigidatum et priuatum calore naturali, eiulando cubicularios regios ad se euocans, suum dominum exclamauit introisse uniuerse viam carnis. Qui quidem terribiliter exclamantes ad palatii hostia uni-

[1]) deinde. [2]) Ass. subiug. et Africam. [3]) supra. [4]) puelle.

Digitized by Google

uersos vigiles fecerunt cursitare. Sepelierunt[1]) eum in loco superius memorato, cum Wela Kaducha[2]) et alliis capitaneis.

15. Diuulgato ergo eius obitu obstupuit orbis terre, et utrum plangerent inimici eius, vel gauderent hesitabant; multitudinem filiorum formidantes, qui quasi populus vix poterat[3]) numerari. Unum etenim ex filiis post ipsum credebant regnaturum. Sed Ditrici astutia Veronensis ac principum Allamannie,[4]) quibus rex Ethela in collo residebat imperando, in partitas[5]) diuersas Hunorum communitas est diuisa, ita quidem ut quidam Chabam regis Ethele filium ex Grecorum imperatoris filia seu Honorii genitum, alii Aladarium ex Cremildi Germanie principissa procreatum preficere in regem post Ethelam nitebantur. Quia vero pars sanior Chabe adherebat, extera autem natio Aladario, eapropter utrique inceperunt imperare. Tunc Ditrici astutia, qui fauebat Aladario, prelium inter ambos suscitatur. In primo ergo prelio Aladarius superatur; in secundo autem quod Sicambrie per XV dies continuo committitur, exercitus Chabe sic deuincitur et prostratur, quod perpauci filii Ethele Hunique[6]) remanerent. Istud enim est prelium, quod Huni prelium Crumhelt usque adhuc nominantes vocauerunt. In quo quidem prelio tantus sanguis Germanicus[7]) est effusus, quod si Teutonici ob dedecus non celarent, et vellent pure reserare, per plures dies in Danubio[8]) aqua bibi non poterat, nec per homines, nec per pecus, quam[9]) de Sicambria usque urbem Potentie sanguine inundauit. Fugiit ergo Chaba cum XV milibus Hunorum in Greciam ad Honorium, et quamuis retinere voluisset, et Grecie incolam efficere, non permansit, rediens in Scithiam ad patris nationes[10]) ac cognatos. Qui dum Scithiam introisset, mox incepit suadere quod penitus re-

---

[1]) sepelieruntque. [2]) deest in He. [3]) poterant. [4]) Alemannie. [5]) partes. [6]) et Huni. [7]) deest in He. [8]) aqua bibi in Danubio. [9]) quoniam. [10]) patrem, nationem.

Digitized by Google

dirent in Pannoniam, ultionem de Germanicis[1]) accepturi. Remanserant quoque de Hunis virorum tria milia ex prelio Crimildino erepti per fuge interfugium, qui timentes occidentis nationes in campo Chigle usque Arpad permanserunt, qui se ibi non Hunos, sed Zaculos vocauerunt[2]) Isti enim Zaculi Hunorum sunt residui, qui dum Hungaros in Pannoniam iterato cognouerunt remeasse, redeuntibus in Ruthenie finibus occurrerunt, insimulque Pannonia conquestata[3]) partem in ea sunt adepti, non tamen in plano Pannonie, sed cum Blackis in montibus confinii[4]) sortem habuerunt. Unde Blackis commixti literis ipsorum uti perhibentur. Isti quippe[5]) Zaculi in Grecia periisse Chabam[6]) putauerunt. Unde vulgus adhuc loquitur in communi: Tunc redire debeas, quando Chaba de Grecia reuertetur. Iste igitur Chaba filius Ethele est legitimus, ex filia Honorii imperatoris Grecorum genitus, cui Edemen et Ed filii sunt vocati. Edemen autem, cum Hungari in Pannoniam secundario sunt reuersi, cum maxima familia patris sui et matris introiuit, nam mater eius de Corosminis orta erat. Ed vero in Scitia remansit apud patrem. Ex isto enim Chaba generatio Abe est egressa. Cum igitur[7]) Chaba adiens in Scitiam nobilitate genitricis in communi se iactaret, Hunorum nobilitas ipsum contempnebat, asserentes eum non verum esse alumpnum regni Scitie, sed quasi missitalium extere nationis. Propter quod e Scitia uxorem non accepit, sed traduxit de gente Corosmina.

16. Postquam autem filii Ethele in prelio Crumhelt cum gente Scitica fere quasi deperissent, Pannonia extitit X annis sine rege, Sclauis tantummodo Grecis Teutonicis Messianis et Vlahis aduenis remanentibus in eadem, qui viuente Ethela populari seruitio sibi seruiebant. Surrexit tandem Zuataplug[8]) filius Morot princeps quidem in Polonia, qui Bracta subiugando Bulgaris Messianisque impera-

[1]) Germanis. [2]) vocarunt. [3]) conquestrata. [4]) confiniis. [5]) quidem. [6]) Chabam periisse. [7]) ergo. [8]) Zuatapolug.

Digitized by Google

bat, incipiens similiter in Pannonia post Hunorum exterminium dominari. Hunc quidem Hungari de fluuio Hung variis muneribus allectum et nuntiis explorantes, considerata illius militia[1]) immunita, ipsum Zuataplug irruptione subita prope fluuium Racus[2]) iuxta Banhida in quodam oppido, cuius interrupta adhuc eminent, cum tota militia peremerunt, et sic Pannonie populis, qui superius sunt notati inceperunt dominari. Tradunt quidam, quod Hungari Morot non Zuataplug in secundo eorum reditu in Pannonia reperissent principantem. Hoc ideirco esse habet, quia Morot pater eius nomine maior erat, sed confectus senio repausabat in castro quod Bezprem nominatur. Audito infortunio quod filio acciderat, morte subita ob dolorem finiuit vitam suam; filius vero in dominando nouus erat. **Explicit liber primus de[3]) introitu.**

INCIPIT SECUNDUS LIBER DE REDITU.

CAPUT I.

17. Digestis ergo Hunorum natalibus, preliis felicibus et sinistris, quotiensque sua loca immutauerunt,[4]) nunc videndum est quo tempore redierint in Pannoniam iterato, et qui fuerint redeuntium capitanei, quantusque numerus armatorum, presenti opusculo apponere dignum duxi.

18. Imperante ergo Ottone Sueuo in Germania et Italia, in Francia Ludouico rege Lotharii filio, et Greciam Antonio[5]) Duro filio Theodori gubernante DCCCLXXII anno ab incarnatione Jesu Christi, Huni siue Hungari denuo ingressi in Pannoniam transierant[6]) per regna Bessorum, Alborum Comanorum, et ciuitatem Kyo, et deinde in fluuio Hung vocato, ubi castrum fundauere resederunt.

---

[1]) mil. illius. [2]) Ratus. [3]) He add. primo. [4]) immutauerint. [5]) Antonino. [6]) transierunt.

Digitized by Google

A quo quidem fluuio Hungari a gentibus occidentis sunt vocati. Cumque et alia VI castra post hunc fundauissent, aliquamdiu in illis partibus permansere. Tandemque Zuatáplug interemto quem ad modum superius est narratum, in VII exercitus sunt diuisi, ita quidem, ut unus exercitus sine centurionibus decurionibusque unum haberet capitaneum, cui tamquam duci deberent unanimiter intendere ac parere. Habebat enim unus exercitus XXX milia virorum armatorum exceptis decurionibus ac prefectis. Egressi ergo vexillis erectis cum uxoribus liberis et armentis Danubium in Pest et in portu Zub transierunt, ubi castrum quoddam circa Danubium, in quo erant milites Zuataplug recollecti, qui fuere erepti per fugam, quando dominus ipsorum interierat, expugnarunt. In quo quidem affinem Morot nimis vetulum cum aliis perimentes, usque hodie fabulose Morot ipsum fuisse asseuerant.

19. Ex istis ergo capitáneis Arpad filius Almi filii Elad, filii Vger[1]) de genere Turul rebus ditior erat et potentior gente. Hic igitur Arpad cum gente sua Ruthenorum alpes prior perforauit, et in fluuio Vng primus fixit sua castra, eo quod prosapia ista pre ceteris Scitie tribubus prerogatiua inuestitur dignitate, ut exercitum precedit[2]) eundo, retrograditur redeuntem. Et cum transmeato Danubio Pannoniam introisset ipse Arpad, in loco illo fixit tabernacula, ubi modo Alben[3]) ciuitas est fundata. Illeque locus primus[4]) existit Arpad ducis. Alterius vero exercitus capitaneus Zobole vocabatur, qui in eo loco fixit sua castra, ubi modo Chakwara iacet desolata. Ab isto Zobole generatio Chak esse habet. Tertii quidem exercitus Iula fuit capitaneus; hic[5]) cum aliis in Pannoniam introisset in partibus Erteuelu[6]) tandem habitauit. Sed quarti capitaneus Vrs est nominatus; ipse[7]) circa flumen Soio sua tabernacula fixisse perhibetur. Quinti vero exercitus Cund

---

[1]) Vgec. [2]) in add. He. [3]) Albensis. [4]) descensus add. He. [5]) iacet. add. He. [6]) Erdewelu. [7]) iste.

Digitized by Google

est dictus capitaneus. Hic circa Nyr habitauit, huius filii Cusid et Cupian sunt vocati. Lel ergo exercitus sexti ductor fuerat. Iste circa Golgocha[1]) primitus habitans, exinde Messianis et Boemis exstirpatis, tandem in partibus Nitrie sepius fertur habitasse. Ex isto Zuard oritur tribus et cognatio. Septimi quidem[2]) exercitus Werbulchu dux est dictus. Hic in Zala circa lacum Bolotum[3]) descendisse perhibetur. Pro eo enim Werbulchu est vocatus, qui cum[4]) auus eius in prelio Crimildino per Teutonicos fuisset interfectus, et id ei pro certo constitisset, volens recipere vindictam super eos, plures Germanicos[5]) assari fecit super veru, et tanta crudelitate in eos dicitur[6]) exarsisse, quod quorundam quoque sanguinem bibit sicut vinum. Isti quidem capitanei loca descensumque ut superius est dictum sibi elegerunt. Similiter et generationes alie ubi eis placuit eligentes.

20. Cum autem resedissent Pannonia occupata, tandem Morauiam et Boemiam bonis omnibus spoliarunt, Waratislao eorum duce in prelio interfecto. Post hoc vero Carinthiam hostiliter adeuntes ultra castrum Leopah, Meranie dux Gotfridus nomine, duxque Eberhardus cum Aquilegiensi patriarcha ipsis occurrentes atrociter insimul pugnauerunt. Et quamuis ex Hungaris plures corruissent, in prelio memorato utrique duces occiduntur, patriarcha per fugam liberato. Abinde spoliata Carintia Stiria et Carniolia cum maxima preda in Pannoniam reuertuntur. Conradus vero imperator ut audiuit latrocinationem[7]) gentis sue, exiens de Italia intrauit Augustam Sueuie ciuitatem, ut exinde in Hungariam introiret Hungaros inuasurus. Sed interea Rome bellum generatur intestinum, et Cesar Romam redit. Tunc Hungari exeuntes intrant in Bulgariam, ex qua armenta et captiuos extrahunt infinitos; redeuntes tandem cum victoria in Pannoniam. Tempore item alio

[1]) Golgotha. [2]) siquidem. [3]) Bolotim. [4]) Editio Cun. quasi persona esset. [5]) Germanos. [6]) dicitur in eos. [7]) lacerationem.

Digitized by Google

per Forum Iulii intrant Lombardiam, ubi Luitardum Wercellane[1]) ciuitatis episcopum imperatoris Caroli consiliarium fidissimum occidentes, ex ipsius ecclesia thesaurum maximum rapuerunt: totaque pene Lombardia demolita cum maxima preda in Pannoniam reuertuntur. Post hec Saxoniam Thuringiam Sueuiam Reno circa Maguntiam transpassato, orientalem Franciam et Burgundiam demoliti ecclesias etiam plures destruxerunt. Et cum Renum in Constantia in reditu pertransissent, et cum maximo honore venissent in Bauariam, circa castrum Abah Alamannicus exercitus ipsos inuadit ex abrupto. Quibus viriliter resistentibus, prelio confecto Teutonici sagittis deuincuntur, ubi capitur Hertindus[2]) de Suarchumburc imperatoris marischalcus, idest militie sue princeps, et alii quamplures nobiles cum eodem, et licet inestimabilem pecuniam pro redemptione eorum tradidissent, ante Ratisponam in signum positi sagittis crudelissime, ciuibus in muro stantibus et admirantibus, perforantur. Et sic tandem cum victoria et preda maxima ad propria reuertuntur.

21. Transactis igitur[3]) paucis diebus[4]) Lel et Bulchu per communitatem Hungarorum in Teutoniam destinantur, et cum Augustam peruenissent ultra fluuium Lyh in prato fixere sua castra, ciuitatem diuturnis et nocturnis bellis molestantes. Cumque subitis saltibus capere non valerent, obstinati nolentes recedere de suburbio, Urricus episcopus cum ciuibus ad Cesarem missis nuntiis animant eum ut succurrat ciuitati, quia Hungari obsidentes eos licet sint plurimi non se custodiunt, quia facillime poterunt debellari. Egressus itaque imperator de Vlmensi curia veniens celeriter, et absconse explorato processu et exercitu Hungarorum in hora tertia cum plueret, irruit super eos et unum[5]) exercitum viciniorem ciuitati festinanter debellauit. Quo viso Lel et Bulchu fuge remedium queritantes in nauem se colligunt, submittentes se per Danubium ut

[1]) Vercellene. [2]) Hertnidus. [3]) ergo. [4]) temporibus. [5]) Hunorum.

Digitized by Google

fugiant in Hungariam. Qui quidem in transitu Ratispone captiuati Cesari transmittuntur. Quos Cesar iudicio suspendii condemnando Ratispone fecit occidi in patibulo. Quidam vero ipsos aliter dampnatos fabulose asseuerant, quod Cesari presentati unus illorum cum tuba in caput ipsum Cesarem occidisset feriendo. Que sane fabula verosimili aduersatur, et credens huiusmodi leuitate mentis denotatur. Nam persone criminose ligatis manibus conspectui principum presentantur. Verum quidem est, et libri continent[1]) Cronicarum, ut blasphemati audacter Cesari muriose[2]) sunt locuti, asserentes, quod si ipsos occidi fecerit, de gente sua de cetero nullus captus viuere poterit, sed vel in prepetuam tradetur seruitutem, aut nullo iudicio precedente occidetur. Quod et factum est. Quia ut Hungari audierunt ut Cesar sic ipsos occidisset, omnes captiuos teutonicos tam mulieres quam paruulos usque ad XX milia iugularunt.

22. Alius vero exercitus qui distabat ab Augusta impetum Cesaris ut persensit super socios, in unam siluam se collegit, et ut eius exercitum dispersum recognouit, persecutus est maiorem aciem gentis sue, que tendebat versus Renum. Quam in campo coniungens cursitando, se simul adunauit sicut apes: quam sagittis vulnerando nec descendere nec recedere permiserunt, qui se tandem velut mortuos in manus dederunt Hungarorum. Quos quidem ut ceperunt, omnibus caput detruncarunt pro exequiis sociorum. Fuerant autem numero milites et scutiferi quasi VIII milia, quorum capita sunt truncata. Abinde egressi postmodum Danubii fluuium in Vlma transierunt, et ad Wiltense[3]) cenobium cum venissent thesaurum magnum exinde rapuerunt; et post hoc tota Sueuia —[4]) Renum Wormatie transierunt, ibique duos duces scilicet[5]) Lotharingie[6]) et Sueuie cum maximo exercitu contra eos venientes in-

[1]) liber continet. [2]) pro iniuriose ambo codd. [3]) Vultense. [4]) demolita supplet He. [5]) seu. [6]) Loteringie.

Digitized by Google

uenerunt. Quibus deuictis et fugatis tandem Franciam intrauerunt, ubi christianis et cenobitis persecutio valida facta est per eosdem. Exinde autem egressi usque fluuium Rodanum[1]) venientes duas ciuitates, scilicet Segusam et Taurinam spoliarunt. Per alpes Italie sibi viam preparando. Et cum planum vidissent Lombardie concitatis cursibus spolia multa rapuerunt, et sic tandem ad propria reuertuntur. Postquam vero Lel et Bulchu ut superius est narratum interissent, exercitus siluit, non intrans ulterius in Germaniam. Nam Francia et Germania unanimiter concordantes simul in unum adunati venientibus Hungaris deberent resistere usque vitam. Propterea Hungari in Alamanniam usque tempora regis Stephani semper ire dubitabant, ne gens occidentis eos inuaderet simul adunata.

23. Postquam autem Italie prouincias aliquas spoliassent, V annis fuere sine motu. Tandem in Bulgariam adeuntes usque Ydropolim peruenerunt; dumque exercitum super se venientem non vident, usque Constantinopolim venientes descenderunt prope murum. Tunc Grecus unus magnus sicut gygans emittitur, qui duos Hungaros cum eo luctari postulabat, vociferans in hunc modum, ut si ambos Hungaros in terram non prostraret, extum[2]) Grecia censualis Hungaris subiaceret. Cumque idem Grecus exercitui esset plurimum infestissimus, quidam Hungarus Botond dictus Greco opponitur ad luctandum; areaque preparata arrepto dolabro quem ferre consueuerat super portam urbis que erea erat precucurrit, tantamque fissuram in ea fecisse dicitur cum dolabro uno ictu, ut Greci propter monstram ipsam portam resarcire noluerunt. Quo quidem facto ad aream luctandus[3]) inermis aggreditur, et ad spectaculum Hungari in equis, Greci ad muri propugnacula conuenerunt. Cumque Grecus exisset de urbe iturus ad aream, vidit Botond solum stantem paratum ad luctandum, exclamauit, quare alium Hungarum[4]) non ad-

[1]) Rodani. [2]) extunc. [3]) luctandi. [4]) Hungarorum.

Digitized by Google

iungeret sibi in auxilium? Tunc Botond aggresso ipso sic eum comprehendisse perhibetur, ut preteriit[1]) parua hora in luctando, quod Grecus prostratur, non valens resurgere ullo modo. Quo viso Grecorum imperator et alii Grecorum proceres, imperatrix etiam cum suis dispotinis de muro egredientes, ad sua palatia perrexerunt pre[2]) summa verecundia, quod acciderat reputantes. Et licet Grecus sic allisus superuiueret cum fracto brachio, occasio tamen sibi fuit ipsa lucta mortis sue. Obtento itaque Hungari certaminis brauio pro censu postulando ad Grecos nuntios destinant, quibus imperator subridendo nullum verbum dicitur respondisse. Tunc Hungari cum Tocsun eorum duce consilio inito, egressi de loco illo totam Greciam et Bulgariam spoliantes, ex ipsis aurum gemmas lapides pretiosos, captiuos sine numero et armenta infinita rapiunt, redeuntes tandem cum gaudio in Pannoniam. Istud enim[3]) existit ultimum spolium quod fecere Hungari sub ritu paganismo constituti. Communitas itaque Hungarorum cum suis capitaneis seu ducibus quos pro tempore preficere usa erat, usque tempora ducis Geiche hinc inde huic mundo spolia et pericula dinoscitur intulisse.

CAPUT II.

24. Anno vero Dominice incarnationis DCCCCLXVII Geicha dux diuino premonitus oraculo genuit sanctum[4]) regem Stephanum; Mihal vero frater Geiche genuit Wazul et Zar Ladislaum. At rex Stephanus plures quidem filios genuit,[5]) sed super omnes unum genuit Emricum[6]) nomine, Deo et hominibus honorabilem. Sanctus namque rex Stephanus coronatus[7]) et tandem duce Cuppan interfecto, Jula auunculo suo cum uxore et duobus filiis de septem castris in Hungariam adducto, et adiuncto septem castra Pannonie, post hec cum Kean Bulgarorum duce et Sclauorum

[1]) preterit. [2]) pro. [3]) etenim. [4]) secundum. [5]) gen. filios. [6]) Emericum. [7]) coronatur.

Digitized by Google

preliatus est. Quo devicto de ipsius thesauro Beate virginis ecclesiam de Alba ditare non omisit, quam fundasse perhibetur. Postquam autem magnificauit Dominus misericordiam[1]) suam cum B. rege Stephano, subiecitque eius dominio multarum gentium nationes, statuit pompis huius seculi, deposito regni diademate, renuntiare, Deique solius seruitio exterioribus curis expeditus deditus esse. Coronam vero regni Emrico[2]) duci suo filio se daturum disposuit. Erat enim B. rex Stephanus literatus, naturali quoque ingenio celitus eruditus; similiter et Emricus. Cum itaque sanctissimus pater curam ministrationis gubernandi filio sanctissimo committere intenderet, dux ipse morte est preuentus. Fleuit ergo eum pater eius insolabiliter, totaque Hungaria, et pre nimio dolore ac tristitia incurrit egritudinem; pedum enim dolore urgebatur. Nam maxime eapropter, ut de suo sanguine dignus nullus esset regni corona sublimari, et qui ipso mortuo gentem tam nouellam in fide catholica posset conseruare. Interea vero viribus corporis cepit repente destitui, et grauatum languore se sentiens misit nuntios festinanter, qui Wazul filium sui patruelis de carcere Nitrie educeret, quem ipse post eum regem faceret super Hungaros. Quo adito Kysla regina habito consilio infidelium misit comitem Sebus, qui regis nuntium preueniens, Wazul oculos effoderet, auresque eius plumbi infusione obturaret, fugeretque abinde in Bohemiam. Quem cum tandem regis nuntius ad regem adduxisset, amare fleuit super casu qui acciderat. Conuocatis igitur ad se Andrea Bela et Lewenta filiis Zar Ladislai consuluit eis, ut in Bohemiam fugerent festinanter. Beatus autem rex Stephanus XLVI anno sui regiminis in die Assumtionis Beate Virginis migrauit ad Dominum. Sepultus est Albe in ecclesia Beate Virginis gloriose. Confestim igitur Hungarorum cythara in luctum est conuersa, et omnis populus regni planxit tam sanctissimum regem

[1]) manum. [2]) Emerico. (constanter).

Digitized by Google

ululatu magno. Iuuenes eorum ac virgines scalidis induti vestibus per triennium choreas non duxerunt.

25. Regina vero Kysla consilio iniquorum Petrum Venetum filium sororis sue, cuius pater dux fuerat Venetorum, regem fecit super Hungaros, ut pro libito[1]) posset motus sue voluntatis perficere, regnumque Hungarie amissa libertate Teutonicis subderetur. Postquam autem Petrus regnare incepisset, omnem mansuetudinem regie abiecit maiestatis, et furore Teutonico deseuiens regni nobiles contempnebat, cum Alamannis[2]) et Latinis bona terre superbo oculo et insatiabili corde deuorando. Munitiones autem castra et omnes regni dignitates ab Hungaris auferens tradebat Teutonicis et Latinis. Erat quoque idem lasciuus ultra modum, cuius satellites turpitudinem intemperate libidinis operantes, uxores filiasque Hungarorum, ubicunque Petrus rex ambulabat, violenter opprimebant. Nullus etiam eo tempore de uxoris filieque castitate certus erat, propter insultus aulicorum Petri regis. Videntes igitur[3]) principes et nobiles regni mala gentis sue que fiebant contra legem, communicato consilio, rogauerunt regem, ut suis iniungeret, a tam detestabili opere desistere sine mora. Rex vero elationis faustu[4]) inflatus ac furore, malitiam quam in corde gerebat occultando, cum toto veneno effudit in publicum ita dicens: Si aliquamdiu sanus ero omnes iudices spectabiles centuriones principes et potestates statuam Teutonicos et Latinos, terramque Hungarie regni hospitibus adimplens in dominium tradam Teutonicis. Hoc itaque fuit discordie seminarium inter Petrum regem et Hungaros. Anno ergo regni Petri tertio principes et nobiles regni Hungarie episcoporum consilio in unum conuenerunt contra Petrum, querentes sollicite, si aliquem de regali genere possent reperire, qui esset idoneus regnum gubernare, eosque a Petri tyrannide potenter liberare. Cumque in regno talem inuenire potuissent ullo modo, ex

[1]) libitu. [2]) Alemannis. [3]) ergo. [4]) fastu.

Digitized by Google

semetipsis quemdam comitem nomine Aba, sororium sancti regis Stephani super se regem prefecerunt. Aba vero rex congregato exercitu Hungarorum processit contra Petrum pugnaturus. Cernens autem Petrus Hungarorum adiutorio se priuatum, fugiit ad Henricum Cesarem in Bauariam, petiturus auxilium sibi dari.

26. Petro itaque de Regno effugato illi tyranni quorum consilio afflicti erant Hungari, sunt detecti. Ex quibus unum in frusta conciderunt, oculos duorum filiorum eiusdem eruentes; alios vero in manganis ferreis confregerunt, quosdam lapidibus obruentes. Sebus vero qui Wazul oculos eruerat, pedibus confractis ac manibus in rota peremerunt. Aba vero in regem consecrato, ea que Petrus statuerat in irritum reuocans, Hungarorum scita iussit obseruare. Tertio autem anno Aba regis descendit Petrus rex cum Henrico Cesare ducens maximum exercitum contra Abam. Quod Aba dum sciuisset, nuntios mittens ad Cesarem probauit, si cum eo pacem posset ordinare vel minime. Cui Cesar in respondendo se ostendit inimicum, intellectoque ut intenderet restituere Petrum Hungaris, iratus inuasit Austriam, et usque in fluuium Trense[1]) spoliauit, et post hoc est reuersus. Tandem quoque misso exercitu in Carinthiam pro spolio faciendo, cum inde redirent honerosi, Gotfridus Austrie marchio circa Petouiam[2]) insultum faciens super eos, eorum spolia fertur abstulisse. Tunc enim Austria non duces, sed habebat marchiones. Cumque eo tempore Colonie degeret imperator, audito quod Hungari lacerassent Teutonicos sine causa, cum principibus Alamannie[3]) consilium iniit, qualiter ab Hungaris illatam sibi iniuriam, iniuria simili propulsaret. Mouit itaque expeditionem ingentem, et consilio ducis Ratislai Bohemorum, ex aquilonali parte Danubii venit ad Hungarie confinia. Legati vero Abe regis et Hungarorum promittebant Cesari, ut in omnibus satisfacerent, nisi[4]) quia Pe-

[1]) Cremse. [2]) Potouiam. [3]) Alemannie. [4]) non.

Digitized by Google

trum in regem non susciperent, quod Cesar summopere perficere affectabat. Obligatus enim erat ei iuramento, ut ipsum in regnum Hungarie iterato collocaret. Cum autem Hungari Petrum non admitterent, missis muneribus, dataque fide, quod captiuos Teutonicorum libere permitterent remeare, Cesar consilio inductus ducis Loteringie et plus allectus muneribus rediit Bizantiam Burgundie ciuitatem. Ex hinc ergo rex Aba securitate accepta cepit esse insolens, et seuiebat superbe in Hungaros, nobiles contempnens, sed et iusiurandum pro nichilo reputabat violare. Hungari vero nolentes id ei sustinere, conspirarunt, ut eum morti traderent et occiderent. Sed quidam prodidit consilium, ex quibus quos capere potuit, sine iudicii examine interfecit, quod ei extitit in summum maxime detrimentum. Nam viros quinquaginta consiliandi causa in unam domum euocauit, quibus in eadem inclusis crimen non confessos nec conuictos legibus, caput fecit detruncari. Unde beatus Gerardus Chenadiensis episcopus canonica seueritate regem corripiens predixit sibi periculum imminere. Tunc quidam ex Hungaris fugientes ad Cesarem locuti sunt contra Abam dicentes, quod pro nichilo iuramentum reputaret violare, nobilesque qui cum regem fecerant contempnebat. Quibus dixit imperator: Oportet ergo ut captiuos reddat, dampna emendando. Cesar igitur Hungarorum animatus consilio, cum exercitu Norico et Bohemico Austriam introiuit, dissimulans se in Hungariam intraturum, sed simulans cum Aba concordare. Tunc nuntii Aba regis repetebant incessanter a Cesare Hungaros qui ad Cesarem fugerunt, conquerentes ac dicentes predones et latrones ipsos esse, guerreque[1]) inter Cesarem et Hungaros precipuos intentores,[2]) ideoque huiusmodi iniquitatis artifices in manus Abe regis tradi oportere. Quod facturum se Cesar promisit ullo modo. Concitato igitur cursu inuasit fines Hungarie intrans per Suprunium et cum vellet in Bohut[3])

[1]) quercreque. [2]) incentores. [3]) Bobut.

Digitized by Google

pertransire, non poterat propter aquas. Hungari ergo qui erant cum Cesare et Petro rege duxerunt Cesaris exercitum sursum iuxta fluuium Rebche, et utraque flumina tota nocte equitando orto sole facili vado transierunt. Occurrit autem ei rex Aba in Menfeu cum multitudine armatorum, nimis presumens de victoria, quia Bauari quidam nuntiauerant ei Cesarem cum paucis introisse. Et ut dicitur Aba rex victoriam habuisset, nisi quia Hungari quidam amicitiam Petro reseruantes, super terram sua vexilla proiecissent et fugissent. Commisso igitur prelio diu et acriter, tandem Cesar diuino fretus adminiculo victoriam est adeptus. Aba vero rex fugiit versus Tizam et in villa quadam in scrobe veteri ab Hungaris quibus regnans nocuerat iugulatur, et iuxta quamdam ecclesiam sepelitur. Post aliquot autem annos, cum esset effossum corpus eius de sepulcro, sudarium ac ipsius vestimenta inuenerunt incorrupta, et loca vulnerum resanata, sepelieruntque tandem corpus eius in proprio monasterio. Ex Teutonicis etenim in illo prelio sine numero ceciderunt. Vnde idem locus ubi prelium est commissum eorum lingua usque hodie Florum paiur est vocatus, et Weznemut nostra lingua.

CAPUT III.

27. Cesar vero obtenta victoria descendit Albam ciuitatem, ubi Petro restituit regnum, et sic tandem reuersus est Ratisponam. Rege ergo Petro et Hungaris qui eum in regnum reduxerant vires et potentiam resumentibus, ceperunt esse insolentes. Qua de causa omnes Hungari sollicite intendebant, qualiter amoto Petro filios Zar Ladislai reducere potuissent. Dum autem ista ita fierent, Andreas Bela et Lewenta[1]) de Boemia in Poloniam transeuntes a Misca Polonorum duce amicabiliter sunt recepti; ubi Bela Pomeranie ducem duello deuincens, filia Miske sibi datur in uxorem. Quod Andreas et Lewenta egre fe-

[1]) Luenta constanter.

Digitized by Google

rentes, ne ipsius nomine viuerent in Polonia in Ruthenlam transierunt. Et dum ibi a duce Lodomerie propter Petrum regem suscepti non fuissent, ad terram vadunt Comanorum. Qui cum eos perimere cogitarent, credentes ipsos exploratores regni sui, tandem per captiuum Hungarorum[1]) recogniti optime deinceps pertractantur. Interea vero Petrus rex Hungaros priori grauamine cepit molestare. Tunc in Chenad omnes in unum conuenerunt, consilioque habito communiter pro filiis Zar Ladislai transmittunt, unde[2]) ad regnum remearent. Qui cum in Pest aduenissent absconse sicut poterant, statim in curia Petri regis una nocte in equis velocibus per nuntios trium fratrum proclamatur: Quod omnes Teutonici et Latini ubicunque inuenti perimantur, et resumatur ritus paganismus. Mane ergo facto sciscitatus Petrus facti causam, pro certo recognouit ipsos esse in Hungaria. Et licet immenso dolore tactus esset, se letum demonstrabat. Tunc clam mittens suos nuncios ut Albam occuparent, reuelato consilio Hungari per omnia loca incipiunt rebellare, occidentes uno tempore Teutonicos et Latinos, mulieribus quoque infantibus et sacerdotibus, qui per Petrum fuerant prepositi plebani et abbates, non parcentes. Et cum in Albam nequisset introire, arrepta fuga init[3]) versus Musun, ubi exercitus venisse contra eum perhibetur, indeque declinans equitauit festinanter versus Albam. Ciues etenim demandauerant, quod rediret, et ciuitatem sibi darent. Cum vero in quamdam villam circa Albam peruenisset, subito exercitus ipsum circumdedit, ubi captiuatus oculi eruuntur, licetque superuiueret in merore animi finiens vitam suam Quinqueeclesiis subterratur, quam fundasse perhibetur.

28. Tunc tres fratres Albensem ingressi ciuitatem, ab omnibus episcopis nobilibus omnique populo cum summa laude sunt suscepti. Et Andreas euo potior in regni solium sublimatur. Quidam autem istos fratres ex duce

---

[1]) hungarum. [2]) ut. [3]) ivit.

Digitized by Google

Wazul progenitos asseuerant ex quadam virgine de genere Tatun non de vero thoro oriundos et pro tali missitalia illos de Tatun nobilitatem inuenisse. Friuolum pro certo est et pessime enarratum. Absque hoc namque nobiles sunt et de Scitia oriundi, quia[1]) isti sunt filii Zar Ladislai.

29. Gerardus ergo episcopus de Chanad in istis casibus in Pest per Hungaros de monte submissus in biga, martyrio coronatur, qui monachus prius fuerat de Rosacensi abbatia, que est de territorio Aquilegie. Deinde Pannoniam ingressus in Beel fuit diutius Heremita.

30. Cum igitur Andreas diadema regni suscepisset, cum Noricis Boemis et Polonis guerram dicitur tenuisse, quos superans debellando tribus annis fecisse dicitur censuales. Propter quod Henricus imperator descendens usque Bodoct V mensibus Albam obsedit ciuitatem, ubi tandem sic viribus et potentia dicitur defecisse, ut ipsius Teutonici et Latini in suis tentoriis noctis tempore se viuos sepelirent. Nam Hungari in obscuris in eorum castra descendentes, eos crudeliter sagittis enecabant. Tandem vero Cesar ille ductus penitentia a rege Andrea et Hungaris veniam cepit postulare, quod omnia[2]) dimitteret in Hungaria preter equos, faceretque iusiurandum, ut deinceps nec ipse, nec ipsius successores contra regnum Hungarie hostili manu in Hungariam introirent, nec etiam de Bodoct moueret interea suos pedes, donec Sophiam suam filiam Salomoni regi, de Alamannia ductam traderet in uxorem, quam primitus filio regis Francie cum maximo dederat sacramento. Rex vero habito consilio misericorditer eidem dicitur indulsisse. Qui amoto suo castro primum descensum in monte Barsunus fecisse comprobatur. Quia vero fame ac siti defecerant, in eodem loco ex parte regis potus et cibus in maxima copia fuit ministratus. Indeque crapulati quamplurimi, cum Cesaris vigiles incau-

[1]) quare. [2]) onera add. He.

Digitized by Google

tis obtutibus Hungaros vidissent hinc inde equitantes, in pactis fraudem interesse crediderunt, quod exercitui declarantes dixerunt, ut ad persequendum eos aduenisset,[1]) et quamuis plures in feretis[2]) habentes purpurea lectisternia egritudine fatigati ducerentur, dimissis feretis et lectis purpureis equos ascenderunt, orto sole villam Vrs coniungentes. Et cum castellanus, qui in porta erat cognouisset, quod gens armata per asperas et immeabiles indagines dimissa via regia pertransiret, cum suis se armauit. Dumque transeuntem turmam a longe[3]) aspiciens tueretur, egroti qui dimissis feretis et lectisterniis in monte Barsunus in equis equitauerant, allocatis curribus per indagines transiebant. Quorum scutiferi ut retro viderunt aciem castellani, derelictis curribus et dominis super currus, sicut melius potuerunt abfugerunt. Tunc rustici venientes, currus auferendo, dominos in curru occiderunt, cadauera in aquis abiectantes. In quibus quidem egrotis, quidam milites, aliqui comites, nonnulli fuere et[4]) marchiones. Vnde usque hodie in transitu ipso equorum ferramenta, gladii et plura his similia, aquis exsiccatis solent inueniri. Mons vero Barsunus propter lectisternia sic relicta, que fuere purpurea, de terricolis extitit nominatus.

31. Post mortem itaque sancti regis Stephani transacti sunt anni XI menses IV. usque ad annum primum imperii Andree regis. Interea vero Petrus rex primo et secundo regnauit annis quinque et dimidio. Aba vero regnauit annis tribus. Andreas autem confectus senio anno imperii sui XII filium suum Salomonem adhuc puerulum cum consensu fratris sui Bele et filiorum eiusdem Geiche et Ladislai regem constituit. Ipse autem obiit anno regni sui XV et in Tyhon monasterio proprio cum Dauid filio suo sepelitur.

---

[1]) aduenissent. [2]) feretris. [3]) longis. [4]) et om. He.

Digitized by Google

CAPUT IV.

32. Post hunc regnauit Benyn Bela. Quo regnante Hungari fidem derelinquunt et baptismum, anno[1]) in fide oberrantes, ut nec pagani nec catholici viderentur. Postea tamen motu proprio fidei adheserunt. Iste enim omnia fora die sabbati esse voluit pro emendo et vendendo, byzantiosque currere fecit per districtum regni sui, qui denariis argenteis multum paruis, scilicet XL cambi debuit. Vnde usque hodie denarii XL numero aurum appellantur; non quod sint aurei, sed quia denarii XL argentei valebant byzantium unum. Regnauit autem duobus annis, et in tertio migrauit ex hoc seculo, in suoque monasterio dicto Sceug Zard[2]) sepelitur. Hic enim caluus erat, et colore brunus, propter quod suum monasterium diminutiue sicut erat ipse corpore dispositus, sic vocari iussit.

33. Tandem vero inter Salomonem Ladislaum et Geicham grauis discordia suscitatur, alumpni patrie inter se diuiduntur. Quidam enim Salomoni, aliqui Ladislao et Geiche adheserunt. Rex autem Salomon Cesarem suum socerum contra Ladislaum et Geicham per Nitriam cum exercitu maximo introducit. Qui Vaciam perueniens, Ladislai exercitu speculato, finxit se infirmum, per Posonium in Austriam est reuersus, dimisso de Boemis et Noricis sufficienti auxilio Salomoni. Tunc Cesare retrogresso prelium in Munorod[3]) inter ipsos est commissum. Et quid ultra? Salomon deuincitur, prostrantur Teutonici et Boemi. Et dum se suosque deuictos cognouisset fugam iniit. Danubium in Scigetfeu pertransiens inde in Musunium se collegit. In prelio autem Munorodino non solum Teutonici aut[4]) Boemi ceciderunt, sed etiam maior pars de militia regni periit. Salomon ergo metuens fratres suos cum tota familia in Stiriam introiuit, ubi in Agmund monasterio familia sua derelicta, in Musunium est reuersus, volens colligere exercitum iterato. Sed cum de die in diem deficeret

---

[1]) forsitan: adeo. [2]) Steugzard. edit. [3]) Munorad. [4]) et.

Digitized by Google

illorumque processus reciperet felicia incrementa, confusus rediit ad Cesarem adiutorium petiturus. Et licet pro militia solidanda affluentem pecuniam tradidisset, Teutonici ob timorem Hungarorum recipere noluerunt. Unde spe omni destituus rediit in Agmund ad reginam, cum qua dies aliquos cohabitans in veste monachali deide Albam venit. Et cum Ladislaus frater eius in porticu ecclesie Beate[1]) virginis manibus propriis pauperibus eleemosynam erogaret, ipse ibi inter eos dicitur accepisse. Quem mox cognouit Ladislaus ut inspexit. Reuersus autem Ladislaus a distributione eleemosine inquiri fecit diligenter, non quod ei nocuisset. Sed ille malum presumens ab eodem, secessit inde versus mare Adriaticum, ubi in ciuitate Pola usque mortem in summa paupertate in penitentia finiens vitam suam, in qua et iacet tumulatus, nunquam rediens ad uxorem usque mortem. Regina vero Sophia uxor eius in maxima castitate perseuerans nunciis frequentibus maritum visitabat, mittens ei expensam ut habere poterat, inuitando nichilominus, quod eam videre dignaretur usque mortem. Qui quamuis in corde habuisset, ob niniam egestatem tactus verecundia, ire recusauit. Quem cum de medio sublatum cognouisset, licet multi principes de Germania sibi copulari matrimonialiter voluissent, spretis omnibus, que habebat secularia faciens venumdari, egenis est largita. Ipsa vero monialis effecta, arctissimam vitam deducendo migrauit ad Dominum, et in prefato monasterio tumulata, sicut sancta veneratur.

34. Post Salomonem vero regnauit Geicha annis tribus, et mortuus est. Vacie quam fundasse dicitur, tumulatur.[2])

35. Post Geicham vero regnauit Ladislaus XXX annis et tribus mensibus. In Warod[3]) requiescit. Istius igitur temporibus in Septem castris, in monte qui Kyrioleis dicitur, Bessi Hungaris infestissimi, spoliata Hungaria fugi-

[1]) beatissime. [2]) tumulatus. [3]) Varad.

Digitized by Google

entes coniunguntur, et per eundem Ladislaum regem ac Hungaros taliter superantur, ut nec unus ex ipsis fertur remansisse.

36. Ladislao autem migrato regnauit post eum filius Geiche regis Kalomannus[1]) annis X et octo, cuius corpus iacet Albe. Hic quidem presul erat, et exinde translatus in regem coronatur. Qunwes[2]) enim Kalman est vocatus, cum[3]) libros habebat, in quibus ut episcopus legebat suas horas. Iste quoque in regnum Dalmatie misso exercitu occidi fecit regem Petrum, qui Hungaris, in montibus qui Gozd dicuntur occurrens, est deuictus in montibus memoratis et occisus. Vnde iidem montes usque hodie in Hungarico Patur[4]) Gozdia nominantur. Sedes enim huius regis in Teneu erat ciuitate. Hoc ergo facto, et regno Dalmatie conquistato[5]) galeas naues et teritas cum Venetis solidauit, mittens cum eis exercitum Hungarorum in Apuliam, ubi Monopolim et Brundusium ciuitates occuparunt, ciuibus quibusdam fidem Venetis obseruantibus. Cumque easdem ciuitates ad tenendum Venetis reliquissent, concitatis cursibus planum Apulie in quibusdam locis deuastantes tribus mensibus in ea permansere. Tandemque ad naues redeuntes per mare in Dalmatiam reuertuntur, capitaneo Hungaro et regis Hungarie banerio ibidem cum Venetis derelictis. Quas quidem ciuitates Guillelmus iunior rex Sicilie per auxilium Pisanorum cum magnis sumptibus postmodum vix rehabuit.

37. Post Kalomannum[6]) vero regnauit Bela annis IX. duobus mensibus. Albe tumulatur.

38. Post Belam autem regnauit Geicha XX annis. Tandem moritur et Albe sepelitur.

39. (Post hunc[7]) regnauit Stephanus annis undecim mensibus nouem. Quo quidem imperante Ladislaus dux sibi usurpat regnum et coronam anno medio. Albe sepelitur.)

---

[1]) Kolomanus. [2]) Qunuves. [3]) quoniam. [4]) Petur. [5]) conquestrato. [6]) Kolomannum. [7]) ex He. supplevimus que hic exciderunt.

Digitized by Google

40. Post istum Stephanum[1]) frater suus coronam usurpat mensibus V. et diebus V. tandemque deuincitur. In quo prelio plures regni nobiles occiduntur. Idem vero de regno expulsus, demum venit in Zemin, ubi et finiuit vitam suam. Albe requiescit.

41. Sed post hunc regnauit Bela Grecus, quem Becha et Gregor apud imperatorem Grecorum diutius tenuerunt. Hic quidem fures et latrones persecutus est, petitionibusque loqui traxit originem, ut Romana habet curia et imperii. Albe iacet tumulatus.

42. Post Belam vero regnauit Emiricus[2]) filius eius.

43. Sed post hunc regnauit Andreas rex potens et illustris. Iste etiam terram sanctam visitauit, ubi per omnes principes christianorum capitaneus ordinatur, et exercitum soldani Babilonie cum Hungaris et Zaculis effugauit, et honore multiplici cum gente sua per Assyrios et alias nationes preuenitur. Indeque cum summa gloria reuertitur in Hungariam.

44. Post hunc autem regnauit Bela filius eius, apud Fratres Minores Strigonii tumulatur. Istius quidem in diebus Mongli siue Tartari de tribus partibus regni in Hungariam adeunt, cum quinquies centenis milibus armatorum, habentes adhuc centuriones et decuriones ad milia XL. Quibus in Soio rex prefatus conueniens a Mongalis[3]) deuincitur anno Domini MCCXLI. Ubi fere tota regni militia est deleta, ipso Bela coram eis ad mare fugiente. Quo quidem de mari reuertente per ducem Fridericum de Austria bello impetitur. Quem ante Ciuitatem Nouam Hungari cum lancea in maxilla transfixum peremerunt.

45. Postea vero[4]) regnauit Stephanus rex filius eius, qui Boemie regem nomine Otacarum ante fluuium Rebeha[5]) contra eum venientem, cum Boemis videlicet Australibus Stiriensibus Brandeburgensibus[6]) et ceteris mixtis gentibus

[1]) corrige Stephanus. [2]) Emericus. [3]) Monglis [4]) deest in He. [5]) Rebcha. [6]) Brandburgensibus.

Digitized by Google

expulit virtuose. Iste etiam ciuitatem Budum[1]) suo dominio subiugauit, dominumque Bulgarorum eo viuente sibi compulit obedire. Migrans tandem ex hoc seculo, et in insula vocata Beate[2]) Virginis in cenobio monialium requiescit tumulatus.

CAPUT V.

46. Post hunc regnat Ladislaus tertius filius eius. Hic enim puerulus in regni solium Domino disponente coronatur. Istius ergo[3]) diebus rex Otacarus[4]) Boemorum, qui de iure imperii plura sibi usurpauerat de facto et iniuste, unde viros[5]) resumserat ac potentiam inauditam, in confiniis Hungarie lacerauerat in diuersis locis maximam portionem, pro qua ex ipso eius genitor nondum receperat dignam vindicte ultionem, eo quod preuentus esset morte insperata. Sed cum inter ista Alamannie[6]) principes Rudolphum comitem de Habusburc in curia Francuurtensi in regem sibi prefecissent, ut imperii iura que erant occupata deberet reuocare, ipse tamquam pheudorum imperialium redintegrator, in Austriam, que fuerat per Otacarum inuasa et possessa, primitus introiuit. Quo quidem Vienne diutius residente, ac iura sua de Boemis requirente rex Boemicus contra eum tam immensum commouit exercitum ac perualidum,[7]) quod propriis viribus Alamannie princeps ei resistere dubitaret. Propter quod ergo Hungarie regem magnificum tamquam filium sancte ecclesie catholice sibi postulauit humiliter in auxilium, perpetua amicitia seipsum eapropter eidem obligando. Adiiciens insuper, ut in eo quoque Sancte ecclesie Romane summum seruitium exhibere videretur. Ipse vero auxilio simili quocunque[8]) a rege Hungarie foret requisitus, deberet subvenire. Quia vero Ladislaus Hungarorum rex in corde et animo occultabat Otacari presumptionem

[1]) Budun [2]) beatissime. [3]) in. add. He. [4]) Otocarus, ubique in sequentibus He. [5])vires. [6]) Alemannie [7]) prevalidum. [8]) quandocunque.

Digitized by Google

temerariam contra patrem et ipsum attemptatam, eo quod tener esset viribus corporis et etate, petitioni principis Alamannie satisfacturum se disposuit. Egressus ergo[1]) de Albensi ciuitate velut Martis filius cuius quidem constellatio conceptioni natiuitatique[2]) eius die in audacia, et ceteris virtutibus naturalibus vim et incrementum subministrat,[3]) in virtute Altissimi et proauorum suorum, scilicet[4]) S.[5]) Stephani Emerici atque Ladislai regum, ac sanctorum votiuis presumens, confidensque suffragiis, erecto banerio regie maiestatis Rudolphum in Marhec coniunxit cum exercitu, qui ipsius aduentum et auxilium sicut Dei exoptabat.[6]) Sed quoniam gens Rudolphi in motu grauis erat propter arma grauiora, nimisque timorata ad resistendum tam valide multitudini, ut Otacarus conducere ferebatur, pro eo contra ire et moueri dubitabat. Hoc autem Ladislao rege viso et percepto, Otacaro ad prelium properanti ac parato circa castrum Stilfrid prope fluuium Morowe adpropinquat, Boemicum exercitum conuallando circumquaque. Quorum quidem equos et etiam semet ipsos sagittis Hungari et Comani regis sic infestant vulnerando, quod Milot militie sue princeps, in quo copia exercitus presertim confidebat, sustinere non valens Hungarorum impetum ac sagittas, cum suis fugam dedit, et post ipsum Poloni conductitii dissoluto exercitu fugerent[7]) cum Boemis; Comanis vero inter ista prelia honera et arnesia Boemorum regis, suique exercitus sustollentibus dissipando. In isto igitur prelio rex Otacarus dispersa mente et confusa vagando in exercitu captus occiditur. Filius vero eius dux Nicolaus in Hungariam deducitur captiuatus, cum aliis captiuis baronibus comitibus et militibus sine numero. Mortuorum autem numerum in prefato prelio potuisset estimare sola diuina sapientia. Rudolphus ergo Teutonie rex atque Romanorum cum suis stabat inspiciendo que

[1]) igitur. [2]) nativitatisque. [3]) vim et incrementum om. He. [4]) ciue. [5]) deest in He. [6]) expectabat. [7]) fugierunt.

Digitized by Google

fiebant. Facta igitur hac victoria rex Germanicus Ladislao regi egit grates, quod per eum Austria et Stiria sibi fuit restituta illo die. Et sic Ladislaus rex Hungarie rediit cum victoria, rege Alamannico in Austria remanente. Hec est enim Ladislai regis victoria primitia,[1]) quam diuina clementia ei tribuit in etate adolescentie constituto. In quo quidem exercitu ipso die comes Renoldus filius Renoldi banerium regis tenuit viriliter et potenter de Bastech oriundus, adstantes domino regi fratres eiusdem Andreas Salomon Ladislaus, et alii regni Hungarie nobiles sicut stelle celi absque numero. Ut ergo in memoriam redeat regis Ladislai tam gloriosa triumphalisque victoria, in opprobrium sempiternumque dedecus Boemorum, Polonorum Morauorumque scuta et vexilla in Albensi ecclesia sede regni ac solio in pariete suspensa in eternum perseuerant.

47. Aliud quoque miraculosum prelium Ladislaus rex adolescens habuit cum Comanis, quod prelio precedenti comparatur. Igitur cum Comani per regem Belam pie memorie auum regis in Hungariam primo introducti, ut arena postmodum succreuissent, et ipsi regi Bele ipsos dispergere in animo peruenisset per prouincias, et nunquam id facere presumpsisset, in regno emergere lesionem sperans per eosdem; hoc ipsum dicitur rex Stephanus pater eius bone memorie de ipsis cogitasse, et propter cautelam memoratam retraxisse suum velle. Ladislaus vero rex illustris animosus ac magniuolus perfidiam contra eum cognoscens inter eos fabricari, taliter processit contra ipsos bellaturus, ut in prelio ipso acriter debellati, plurimi intercepti,[2]) quidam vero ex ipsis, relictis uxoribus pueris et rebus omnibus, ad populos barbaros fugierunt. Nonnulli etiam qui sunt residui, regiis preceptis in tantum sunt subiecti, quod corde tremulo vix videre audent vultum regis. In hoc ergo prelio occiditur Oliuernus[3]) filius Pata per Comanos de genere Aba, Andreas frater Laurentii filius co-

[1]) primitima. [2]) interfecti. [3]) Oliuerius.

Digitized by Google

mitis Nicolai de Wigman, Ladislaus filius comitis Ponyth de Miscouch et Demetrius filius parui Michaelis de genere Kusd perimuntur.

Appendix.

I. DE NOBILIBUS ADVENIS.

48. Cum pura Hungaria plures tribus vel progenies non habeat quam generationes centum et octo, videndum est unde esse habent illorum progenies, qui de terra Latina vel de Alamannia, vel de aliis regionibus descenderunt. Dux namque Geicha de genere Turul, cui pre ceteris Hungaris oraculum profluisse[1]) de superius[2]) dicitur, ut reciperet fidem catholicam et baptismum, quia[3]) manus gestabat sanguine humano madatas,[4]) nec erat idoneus ad fidem conuertere tantam gentem, licet ipse domusque eius per sanctum Adalbertum baptismi gratiam recepisset, tamen ei de celesti throno verbum venit, quod a tali resileret[5]) cogitatu, quod hec omnia facienda sancto Stephano ex ipso nascituro Altissimi clementia ordinarat. Vnde hoc audito id quod potuit et debuit circa conuersationem sue gentis secundum ordinationem S. Adalberti Pragensis scilicet episcopi facere non omisit. Misit itaque suos nuntios in christianam regionem suum desiderium omnibus diuulgando. Quapropter hoc audito, multi comites milites et nobiles ex terris christianorum ad eum accesserunt. Quidam enim ex eis amore Dei, ut ipsum ducem contra paganos, qui fidem non acciperent, adiuuarent, et alii quod de ipsis paganis et persecutoribus[6]) ipsorum essent liberati. Nam gens ipsa sub paganismo constituta crudelis persecutio fuerat christianis.

---

[1]) profluxisse. [2]) supernis. [3]) quare. [4]) maculatas. [5]) resiliret. [6]) persecutionibus.

Digitized by Google

49. Tunc eo[1]) tempore ad ducem Geicham uenit comes Tiboldus de Fanberg, qui Graun[2]) Tibold est vocatus. Vnde de eadem progenie Graun quidam usque hodie simpliciter nominantur. Ex isto illi de Bobocha orti deriuantur. Isti etenim[3]) sunt de Deuchunlant[4])

50. Post hec venit Hunt et Pazman duo fratres carnales, milites coridati orti de Sueuia. Hi enim passagium per Hungariam cum suis militibus facientes ùltra mare ire intendebant. Qui detenti per ducem Geicham, tandem sanctum regem Stephanum[5]) in flumine Goron Teutonico more gladio militari accinxerunt.

51. Postmodum intrat de Wasurburc comes Wecelinus. Hic Kupan ducem in Simigio interfecit. Istius generatio de Iaki dicti sunt.

52. Postea Wolfer cum Hedrico fratre suo introiuit de Viltonia cum XL militibus phaleratis. Huic datur mons Kiscen per[6]) descensum, in quo castrum fieri facit ligneum, tandem et cenobium monachorum, in quo post mortem sepelitur. Ex isto namque Hedrici origo esse habet.

53. Post hunc introiuit Pot de Lebyn, qui nomine alio Ernistus est vocatus. Hic cum multis nobilibus[7]) adiit in Hungariam. De isto comitis Conradi de Altunburg[8]) origo esse habet.

54. Sed postea tempore Petri regis Kelad et Guth intrant tres fratres ex genere Sueuorum de castello Stof sunt natiui.

55. Post illos Altmann intrat de Fridburc[9]) miles coridatus ex patria Turingorum, de isto illi de Bolugi oriuntur.

56. Post hos intrant Oliuerius et Ratoldus tempore regis Kalomanni[10]) de regno Apulorum. De Caserta ortum habent. Illi vero de Sambuk[11]) de comitibus Campanie ex Francia oriuntur.

---

[1]) ipso. add. He. [2]) Gravu. [3]) enim. [4]) Vandeuchunlat. [5]) Stephanum regem [6]) pro descensu. [7]) militibus. [8]) Altenburg. [9]) Fridburg. [10]) Kolomanni. [11]) Sumbuk.

Digitized by Google

57. Betse[1]) vero et Gregory similiter de Francia generatio oritur, ex cognatione Guilielmi dicti Cornes.

58. Buzad autem generatio de Mesn originem trahit, nobiles de districtu Wurburc.

59. Hermanni siquidem generatio ex Nuremberc oritur, satis sunt nobiles cum regina Kisla intrauerunt.

60. Sed illi qui Rodoan et Bagath[2]) nominantur eorum generatio de Boemia ortum habet; similiter et illorum, qui de Lodan sunt vocati.

61. Comitum vero Simonis et fratris eius Michaelis generatio qui Mertinsdorfarii nominantur, diebus regis Emirici[3]) filii Bele tertii cum regina Constantia filia regis Aragonie, que uxor fuerat[4]) regis Emiricі honestis secum militibus, et familia decentissima introductis, in Hungariam pomposissime introiuit. Quia cum eorum generatio cum quodam magno comite pro iustis et certis causis continuo dimicaret, tandem contra ipsum comitem exercitum congregans fertur dimicasse. Vbi prefatus magnus comes per Simonem patrem scilicet comitis Simonis et comitis[5]) Michaelis, ac Bertramum patruelem ipsorum captiuatus iugulatur. Simon vero et Bertramus inimicitiam perinde[6]) contrahentes cum regina memorata primi adeunt in Pannoniam. Quorum quidem ingenuitatem experiens rex Emiricus letanter excepit, latisque et amplis pheudis in diuersis Hungarie partibus noscitur inuestisse. Quia vero generatio sepedicta in regno Ispanie plura castra possidet, unum tamen ex illis existit capitale, quod Boiot nominatur; unde prefati comites et eorum precessores primum descensum circa Nergedsceg Boiot vocauerunt. Generatio quoque eorundem in scuto aquilam ferre solet, quam alii milites comites in Ispania deferre non presumunt. Eapropter quidem, quod exercitum Soldani de Tunisio, qui Maioricam et Minoricam insulas per naues intrando et classes occupauerant, ceteris militibus regis Arragonie deficientibus,

[1]) Beese. [2]) Bakath. [3]) Emerici. [4]) erat. [5]) om. He. [6]) proinde.

Digitized by Google

eorum generatio fertur expulisse. Vnde regis[1]) et communitatis militie decreto est statutum, quod priori signo, quod fuerat totum rubeum[2]) sine aliqua expressa figura in aquilam mutaretur. Adduxerat etiam regina Constantia cum ea sororem comitis Simonis et Bertrammi nomine Totam, tam formosam et pulcerrimam, quod eo tempore vix in mundo sibi similis haberetur. Cui quidem virgini[3]) Benedictus dux Conradi filius, cum villa Meretinsdorf[4]) pro dotibus ex parte Emirici regis et regine Constantie est coniunctus.

62. Temporibus insuper Stephani regis tertii introiuit in Hungariam quidam miles Gotfridus nominatus, de Mesnensi regione, a quo egreditur generatio Philippi Ladislai et Gregorii filiorum Kelad. Hic namque Gotfridus cum esset ingenuus, filius scilicet comitis Hersfeldensis in curia Francuurtensi ubi Cesar eligi debuit, seditione commota Lantgrauium de Turingia dicitur occidisse, et inde per fugam euadens ad regem Stephanum peruenit fugitans,[5]) a quo etiam repetitur per suos inimicos.[6]) Cumque rex Stephanus inimicis suis ipsum non traderet, in Alamannia contra eum proscriptionis sententia promulgatur, et sic remanet inuitus in Hungaria. Quem quidem postmodum aduersus ducem de Bozna cum exercitu rex transmittit, quo deuicto ad regem reuersus cum fauore de cetero pertractatur.

63. Myurk etiam de Chakan[7]) cum Wenceslao et Iacobo fratribus suis, de ducibus Morauie habentes originem, regni Hungarie noui sunt incole, affinitate Bele regi quarto coniunguntur.

64. Intrauerunt quoque temporibus tam ducis Geiche,[8]) quam aliorum regum Boemi Poloni Greci Bessi Armeni, et fere ex omni extera natione que sub celo est, qui seruientes regibus vel ceteris regni dominis ex ipsis

---

[1]) regni. [2]) rubrum. [3]) in maritum add. He. [4]) Mertinsdorff. [5]) fugitiuus. [6]) nuncios. [7]) Kakar. [8]) Geiche ducis.

Digitized by Google

pheuda aquirendo, nobilitatem processu temporis sunt adepti. Quorum nomina comprehendere estimaui in presenti libro honerosa.

II. DE VDWORNICIS.[1])

65. Sed quoniam quosdam mouet quid sint udwornici, castrenses, alii conditionarii, libertini et mancipia, quibus fere Hungaria est repleta, et unde esse habeant, presenti opusculo apponere dignum duxi. Factum est quod cum Hungari possessa Pannonia christianos et paganos more gentium quosdam captiuos occiderent resistentes, aliquos ex captiuis virtuosos ad prelium deducentes secum, aliquam ipsis portionem de spoliis erogarent, quosdam vero diuersis seruitiis mancipando in proprietatem circa sua tabernacula solerent conseruare, iidem captiui ex fructu animalium et preda sola habebant vitam suam ut Comani. Mox vero ut fidem receperunt et baptismum, Romana ecclesia Christo cognito duci Geiche et sancto regi Stephano dedisse dicitur firmiter in mandatis, ut spolia non committerent, captiuos christianos deinceps relinquerent pristine libertati, cum multi nobiles inter captiuos habeantur. Quia vero regnum erat amplissimum, et gentibus vacuatum, nec etiam communitas tota in hoc Apostolico assensum tribuebat, dispensatum est postmodum per papam in hunc modum: quod captiui terras colerent, et ex terre fructibus viuerent prout alii christiani. Ideoque captiui terras non habentes propria voluntate censum dare susceperunt, qualem domini tribuerunt.

66. Processu autem temporis fide roborata, potiores regni viuere volentes otiose, habentesque captiuos sine numero, non dimiserunt eos abire liberos, ut volebat Apostolicus, sed curie sue famulantes ordinarunt ex eisdem,

[1]) Caput II. de uduornicis castrensibus, conditionariis libertinis, et mancipiis.

Digitized by Google

quos patrio nomine udwornicos vocauerunt. Hoc enim obsequium licet eo tempore de suis captiuis plures regni nobiles habuissent, Kalomanni[1]) diebus filii regis Geiche extitit reprobatum. Voluit tantummodo huiusmodi seruitia de captiuis suis ipse solus obtinere, et prelatos quibus largitus erat de captivis suis. Et ne communitas nobilium reprobationem huiusmodi graue ferret Palatino regni qui pro utilitate nobilium preficitur, rex suos udwornicos uti dedit. Sed quia Hungari noui christiani graue habebant huius[2]) fidei eo quod disuescere[3]) de spoliis eos oportebat, graues labores et honera suis captiuis imponebant, quod displicens prelatis, Apostolico super his sunt locuti. Audiens vero Apostolicus clamorem prelatorum, scrutata via laudabili sancti regis Stephani de nunciis qui aderant, in talem vocem fertur prorupisse: Ego inquit sum Apostolicus, ille autem verus apostolicus. Vnde et ecclesias regni sui eius committo arbitrio ordinare, captiuos per eundem redemptos ei tantummodo possidere. Propter quod omnes redemit quos potuit, ab Hungaris, inuenire, preter illos, quos regni nobiles ecclesiis dimiserant possidere. Ex quibus quidem ordinauit seruire suis castris obsequio leuiori.

67. Iobagiones vero castri sunt pauperes nobiles, qui ad regem venientes terram eis tribuit de castri terris, ut pheuda castri et castrum guerre tempore custodirent. Alii vero conditionarii ex eisdem captiuis disponuntur, quos tandem Kalomannus[4]) rex ad tantas maneries variauit. Statutum etiam extitit per sanctum regem Stephanum, quod conditionarius, si se vellet redimere centum byzantiis redimeret se et domum. Si vero esset sine coniuge et familia, personam suam XXIV byzantiis, vel seruitio tantundem compensante.[5]) Inuiti enim Hungari captiuos suos regi redimere permiserunt. Compulsi quidem sunt per san-

[1]) Kolomanni. [2]) onus. [3]) desvescere. [4]) Kolomannus. [5]) competente.

Digitized by Google

ctum regem Stephanum ac prelatos. Ex illis captiuis hic[1]) scribitur et tractatur solummodo, quia[2]) ex gente christiana fuere captiuati; de illis autem, qui de populo erant barbaro papa[3]) nichil dicit. Vult namque sedes apostolica, ut pagani christianis sint subiecti. Vnde illi captiui uheg nominantur. Hos enim unicuique Hungaro dimisit ecclesia possidere et tenere.

---

[1]) hoc. [2]) qui. [3]) propterea.

Digitized by Google

III.

CHRONICON PICTUM VINDOBONENSE.

Anno domini MCCC quinquagesimo octauo feria tertia infra octauas ascensionis eiusdem domini Incepta est ista Cronica de gestis Hungarorum antiquis et nouissimis, ortu et progressu, victoria eorundem et audacia, collecta ex diuersis cronicis veteribus earundem veritates ascribendo, et falsitatem omnino refutando. In nomine domini Amen.

Incipit prologus in Cronicam hungarorum.

Per me reges regnant ait dominus deus per sapientem Salomonem prouerbiorum VIII-o capitulo. Gloriosus deus in sanctis suis, in maiestate mirabilis, cuius ineffabilis altitudo prudencie nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, recti censura iudicii celestia pariter disponit et terrena. Etsi cunctos eius ministros magnificet et altis decoret honoribus, et celestis efficiat beatitudinis possessores, illos tamen, ut dignis digna rependat, pociorибus attollit insigniis dignitatum, et premiorum*) uberiore retributione prosequitur, quos digniores agnoscit, et commendat ingentior excellentia meritorum. Prout apparet luculentissime in excellentia regum illustrium, et victoriarum exercitio celebratissimarum, per reges hungarorum patratarum, qui diuino freti auctoritatis presidio, gladiorum aciebus validissime profligatis, castra subuertentes regum

*) paroemiorum. Toldy.

Digitized by Google

et imperatorum (2) fortes facti sunt in bello, nullo eisdem potente resistere in pugnando. Quod bene ostenditur in verbo diuino oraculo exarato: Per me, inquit deus, et non virtute propria reges regnant et regnabunt hungarorum. Vbi primo diuina exprimitur auctoritas, virtutem insuperabilem allatura: per me inquit, qui sum virtutis infinite, cunctos valens adiuuare presidentes. Quia ego occidam, et ego viuere faciam, percutiam et sanabo, et non est qui de manu mea possit eruere. Suscitans de puluere egenum, ut sedeat cum principibus et solium regale teneat. Ideo subditur: Reges regnant, qui habent iustitie equitatem, sapientie claritatem, patientie tranquillitatem, et misericordie pietatem, attestante sacro eloquio Prouerbiorum XX: Misericordia et veritas custodiunt regem et roboratur clementia thronus eius. Et iterum in alio loco dicit scriptura: Rex sapiens sedens in solio intuitu suo dissipat omne malum. Et rursus Salomon ait Sapientie VI-o: Rex sapiens et misericors stabilimentum populi est, et dissipat impios, subiectos populos a tyrannis eripiendo. Quod bene impletur in regibus hungarie, qui cunctos tyrannos debellando, populos hungarie in pulcritudine pacis, et in requie opulenta sedere procurarunt, propter hoc, quia pre cunctis regibus timuerunt dominum deum. Vnde scribitur Deuteronomii XVII capitulo, loquens deus de regibus ait: Rex constitutus postquam sederit in solio regni sui describet sibi legem dei, et habebit secum, legetque illam omnibus diebus vite sue, ut discat timere dominum deum suum, et custodire verba eius, que in lege precepta sunt, ut longo tempore regnet ipse, filii eius super terram, et gloriam meam possideat in eternum. Quorum regum, scilicet hungarorum originem principium et egressum de Scytia diuersis sanctorum doctorum ystoriis hoc ordine declarabo.

Digitized by Google

I. De prima origine hungarorum secundum sacram scripturam.

Sicut scribit magister ystoriarum Genesis decimo capitulo: Iste sunt generationes filiorum Noe, et de istis tribus filiis eius, scilicet Sem Cam et Japhet exorte sunt post diluuium septuaginta due generationes. De Japhet (3) XV, de Cam XXX, de Sem vero XXVII. Isti disseminati sunt in tribus partibus orbis, Sem Asyam, Cam Affricam, Japhet Europam sortitus est. Nam secundum Josephum filii Japhet possederunt septentrionalem regionem a Tauro et Amano[1]) montibus Sycilie[2]) et Syrie, usque ad fluuium Tanay, qui est in Scytia. Et hoc idem asserit beatus Jeronimus in libro de Ebraicis questionibus, quod filii Japhet possederunt in Asya (ab) Amano[1]) et Tauro montibus, usque ad fluuium Tanay. In Europa vero usque ad Gadyra, nomina locis et gentibus relinquentes, ex quibus postea mutata sunt plurima, cetera permanent in se, vel in aliquo simili, vel propinquo. Filii Japhet: Gomer, a quo nominati sunt Galathe, et postea Gallici, qui sunt Francigene a quodam Francione dicti, filio Paridis, filio Priamidis primi regis Troie, qui venientes de Troia post eius excidium in Pannoniam, que olim tempore Alexandri magni superior Grecia nuncupabatur, sub monte Sicaan circa fluuium Hystri, qui alamanice Dun nominatur, ciuitatem fortissimam construxerunt, et ei nomen Siccambriam[3]) a monte Syccan imposuerunt, et ibidem quadringentis annis ante incarnationem Christi permanserunt, et tandem orientales timentes nationes, se ad partes occidentales transtulerunt, et regionem circa fluuium Sakana occupauerunt, cui nomen Franciam a Francione duce eorum dictam indiderunt, et ciuitatem principalem Paris, nomine patris eiusdem Francionis appellarunt. Secundus filius Japhet

[1]) Imao. [2]) Scythiae. [3]) Sicambria T.

Digitized by Google

Magog, a quo descenderunt Scythe secundum Ieronymum; et Maday, a quo dicti sunt Medi; Jauan, a quo Greci; unde in ebreo adhuc Grecia nominatur Jauan; et Tubal, a quo descenderunt Hyspani; et Mesoch a quo Capadoces descenderunt; unde et apud eos adhuc Mazecab ciuitas nominatur; et Tyras a quo nominati sunt Traces. Porro filii Gomer: Assenech, a quo Troiani; filii Jauan Elyza, a quo dicti sunt Elysei primo, et post Eolides; et Tarsis, a quo descenderunt Cylices. Vnde et ciuitas metropolis eorum vocata est Tharsus. Vnde natus Paulus apostolus. Vt habetur in Actibus apostolorum XXI-o capitulo, et sequitur: Ab his diuise insule gentium in regionibus suis. Vnusquisque secundum linguam suam. Hoc dicitur hic per anticipationem, quia factum fuit postea tempore diuisionis linguarum. Filii autem Cam: Chus, a quo dicti sunt Etyopes, unde in ebreo Etyopia Chus nominatur; et Mezarim, a quo Egipty. Vnde et in ebreo Egyptus Mezarim dicitur: (4) Phuth a quo Sibies. Qui tamen primo vocati sunt Phutei. Vnde ibidem est fluuius, qui usque nunc Phut dicitur. Et Chanaan, a quo dicti sunt Chananei, quorum terra postea filiis Israel data est. Filii autem Chus: Saba, a quo dicti sunt Sabei; Euila, a quo descenderunt gentiles; et Sabatha, a quo Sabateni. Porro Chus genuit Nemproth. Iste fuit qui induxit posteritatem Noe ad faciendam ciuitatem et turrim, contra dominum, de qua dicitur Genesis XI-o capitulo. Ideo dicitur: Ipse cepit esse potens in terra; quia per potentiam alios sibi submittebat, et nolentes ad opus predictum compellebat. Ideo sequitur: Et erat robustus venator, id est oppressor hominum, coram domino. Quia nichil latet eius aspectui. Ob hoc exiuit prouerbium, id est verbum commune uel uulgatum: quasi Nemproth. Quando enim postea videbatur aliquis oppressor hominum, vocabatur alter Nemproth, vel similis Nemproth. Fuit autem principium regni eius Babilon, et eius posteritas obtinuit regiones ad mare oceanum. Ex quibus apparet omnibus dictum illorum esse

Digitized by Google

verum, qui dicunt, quod Hunor et Magor patres Hungarorum, fuerint filii Nemproth, qui fuit filius Cus, qui fuit Cam; qui fuit a Noe maledictus; tum quia non essent Hungari de genere Japhet, secundum dictum beati Ieronymi; tum etiam quia Nemproth nunquam habitauit circa fluuium Thanay, qui est ad orientem, sed ad mare oceanum. Ergo sicut dicit sacra scriptura, et sancti doctores, hungari descenderunt a Magor filio Japhet, qui post diluuium anno quiquagesimo VIII-o, sicut dicit sanctus Sigilbertus episcopus antyochenus in Cronica orientalium nationum, intrauit terram Euilat, et ex coniuge sua Enee genuit Magor et Hunor, a quo Magari et Huni sunt nominati.

II. **Prima origo dilatationis hungarorum in oriente Scytie.**

(5) Accidit autem dierum una venandi causa illos perrexisse, quibus in deserto cum cerua occurrisset, in paludes Meotydas illam insequentes fugit ante eos. Cumque ibi ante eos prorsus euanuisset, diutius requisitam nullo modo inuenire potuerunt. Peragratis tandem paludibus memoratis, pro armentis nutriendis ipsam conspexerunt opportunam. Deinde ad patrem redeuntes, ab ipso licentia impetrata, cum rebus omnibus paludes Meotydas pro armentis nutriendis intrauerunt moraturi. Regio quidem Meotyda Perside patrie est vicina. Quam undique preter vadum unum pontus gyrouallat, fluuiis currens,[1]) herbis siluis piscibus volucribus et bestiis copiatur; aditus illic difficilis est et exitus. Paludes ergo Meotydas adeuntes quinque annis ibidem immobiliter permanserunt. Anno vero VI-o exeuntes, in deserto loco sine maribus in thabernaculis permanentes uxores ac filios[2]) filiorum Bereka, cum festum tube colerent, et coreas ducerent, ad sonitum

[1]) currentibus. [2]) filias — quas — earum T.

Digitized by Google

simphonie casu repererunt. Quos cum eorum rebus in paludes Meotydas rapinis celeribus deduxerunt. Hec fuit prima preda post diluuium. Accidit autem Dule principis Alanorum in illo prelio inter illos pueros duas filias comprehendi, quarum unam Hunor aliam Magor sibi sumpserunt in uxorem.[1]) Ex quibus mulieribus omnes Huni siue hungari originem sumpserunt. Factum est autem, cum diutius in paludibus Meotidis habitassent, in gentem validissimam crescere ceperunt, nec eos capere ipsa regio poterat aut nutrire. Exploratoribus igitur abinde in Scytiam destinatis scrutinii astutia subtilissima Scythie regione explorata cum pueris et armentis,[2]) ipsam patriam intrauerunt permansuri. Regnum igitur ipsum dum adissent, Alplozuros[3]) qui nunc Pruteni nuncupantur in eo habitantes inuenerunt. Quibus deletis et expulsis ac occisis, usque hodie ipsum regnum inuitis vicinis possidere dignoscuntur. Scytia enim regio in Europa situm habet, et extenditur versus orientem ab uno latere ponto aquilonari, ab (6) alio vero Ripheis montibus includitur. Cui de oriente Asya, et de occidente fluuius Ethul, id est Don. Gentes siquidem in eadem procreate otia amplectuntur, vanitatibus dedite, nature dedignantis, actibus venereis intendentes, rapinas amant: generaliter colore plus nigre, quam albe. Scytia enim comprehensione una cingitur, sed in tria regna dividitur principando, scilicet in Bascardiam Denciam et Magoriam. Habet quoque prouincias C et VIII-o, que dudum per filios Hunor et Mogor ob centum et octo progenies, que egresse fuerunt ex femoribus eorundem de paludibus Meotydis, intrantes Scytiam sunt diuise. Regno autem Scytico de oriente regnum iungitur Iurianorum, et post hec Tarsia. Tandem vero Mangalia, ubi et Europa terminatur. Ex plaga autem estiuali subsolari gens iacet Corosmina et Ethyopia, que minor India dicitur, et post hec inter meridiem et cursum Don fluuii est desertum inmeabile, ubi propter intemperiem

[1]) uxores. [2]) armatis. [3]) Alprosuros.

Digitized by Google

aeris illius zone sunt serpentes diuersi generis, rane velud porci basillicus,[1]) et plura animalia toxicata, tigris et unicornis ibi generantur. Don grandis fluuius est, in Scytia oritur ab hungaris Etul nuncupatur, et ibi montes niueos, qui Scytiam cingunt, transcurrit, amisso nomine Don vocatur. Circa enim meridiem iuxta ipsum iacet gens Kytanorum, et gens Alanorum, tandem in mare cadit rotundum tribus ramusculis. Alter quoque fluuius nomine Thogata, valde magnus in regno nascitur Scyticorum; qui per siluas vadit desertas, paludes et montes niueos, ubi sol nunquam lucet, discurrens, intrat tandem in Irchaniam, et ibi vergit in mare aquilonis. Longitudo quidem Scytie patrie trecentis et sexaginta stadiis extendi perhibetur latitudo C nonaginta. Situm enim habet tam munitum, quod in solo loco uno paruissimo vadus ibi reperitur, propter quod ipsi Scythe, nulli imperio nec etiam Macedonico aliquo tempore sunt subiecti, et pro tanto vocamus eos demptos, id est exemptos ab omni potestate. Dicimus etiam Dentos a dentositate, quia sicut dentes omnia corrodunt et triturant, ita ipsi omnes alias nationes triturabant. Vnde romani eos vocabant flagellum dei. Sola tamen dicta Scytia in quibusdam locis satis lata[2]) esse dicitur. Nemoribus siluis herbis venustata, diuersique generis bestiis diues et referta. Cui de oriente vicini sunt Bessi et Cumani albi. Circa etiam mare aquilonis de occidente quod ei vicinatur usque Susdaliam est (7) desertum siluestre humano generi inmeabile, quod ad magnum spatium extendi perhibetur, ubi nubium densitas per nouem menses continue iacet, ubi sol non cernitur per menses memoratos nisi in mense Julio Junio et Augusto, et hoc in tanta hora diei, quanta est a sexta usque ad nonam. In montibus enim deserti memorati cristallus inuenitur, grifones nidum parant, auesque legisfalk que hungarice kerecheth appellantur, pullos procreare dignoscuntur.

[1]) basiliscus. [2]) laeta.

Digitized by Google

III. **Primus ingressus hungarorum in Pannoniam.**

Anno ab incarnatione domini CCCLXXIII-o tempore Valentis imperatoris, et Celestini primi pape romane ecclesie, in sexta etate seculi multiplicati huni in Scythia habitando congregati in unum, inter se capitaneis constitutis Wele filio Chele de genere Zemein oriundo, Keue et Kadicha eiusdem (fratribus), Ethele Kewe et Buda filiis Bendekus de genere Kadar, ad occidentales regiones inuadere decreuerunt. De centum enim et octo tribubus, decies centena milia, scilicet de uno quoque genere decem milia armatorum virorum eligentes, derelictis aliis hunis in Scythia, qui ipsorum sedes regnumque ab hoste custodirent. Constituentes inter se rectorem unum nomine Kadar de genere Turda, qui lites sopiret dissidentium, fures et latrones ac malefactores castigaret, ita tamen, ut si rector idem immoderatam sententiam diffiniret, in irritum posset communitas reuocare, errantemque rectorem et capi(8)taneos deponerent quando vellent. Consuetudo itaque ista legittima inter hunos siue hungaros usque ad tempora ducis Geyche filii Toxun extitit obseruata. Ante etenim baptismum hungarorum in castris vox preconia clamando taliter hunos congregabat ad exercitum: Vox dei et communitatis uniuerse, quod unusquisque in tali loco armatus vel sicuti esse[1]) debeat precise conparere, communitatis preceptum ac consilium auditurus. Quicunque ergo edictum contempsisset, non valens pretendere racionem, cultu diuino[2]) per medium lex Scytica sancciebat, aut ire in desperatas causas, vel in communium seruicium inmisericorditer tradebatur. Vicia itaque et huiusmodi excessus, unum hunum ab aliis fecerunt separari. Alias autem cum unus pater et una mater hunos omnes generans procreauerit, quomodo unus nobilis et alter ig-

[1]) est. [2]) cultro diuidi.

Digitized by Google

nobilis esse diceretur, nisi victus per hos casus criminis haberetur? Tunc omnes capitanei simul uno animo unoque consilio egressi de Scythia intrantes tandem Bissos et cumanos albos deinde susdalos ruthenos, terramque nigrorum cumanorum intrauere. Abinde egressi usque ad Tysciam peruenerunt, qua quidem regione circumspecta, concorditer placuit omni cetui ulterius non incedere cum uxoribus et armentis. Cum uxoribus enim et bigis, et suis thabernaculis de natali solo descenderant. Cumque eo tempore Pannoniam Pamphyliam, Frygiam Macedoniam et Dalmatiam tetrarcha Macrinus natione longobardus de Sabaria oriundus gubernaret armis[1]) bellicis informatus, audito quod huni super Tysciam resedissent, et de die in diem deuastarent regnum eius, cum alumpnis sui regni ipsos aggredi formidans, ad romanos nuncios suos destinauit, petens sibi auxilium commodari contra hunos. Ex gratia etenim romanorum imperatoris memoratis imperabat. Romani vero eo tempore Detricum de Verona natione alamanum voluntarie super se regem prefecerant. Quem petentes ut Macrino subsidium importaret, illo autem animo gratanti annuente, egressus est cum exercitu italico germanico ac aliis mixtis gentibus partis occidentis. Peruenit tandem in Zazholm ubi ipsi longobardi ad ciuitatem Potencianam conuenerant, ut tractarent cum Macrino consilium utrum hunos in eorum thabernaculis in suo descensu transmeando Danubium, vel in alio loco competenti inuadere oporteret. In istis itaque consiliis et tractatibus. De(9)trico Macrinoque residentibus, huni super utres noctis in silentio in Sicambria Danubium transcuntes, Macrini et Detrici exercitum, quem ciuitas Potenciana capere non poterat, in campis in tentoriis commorantem crudeliter trucidarunt. Ex qua enim inuasione Detricus acerbatus exiuit contra hunos in campum Tarnukuolg pugnaturus, qui committendo prelium hunos fertur deuicisse,

[1]) artibus.

Digitized by Google

cum suorum maximo interitu et periculo. Ex hunis vero qui remanserunt, fugerunt ultra Tysciam. Ceciderunt autem illo die ex hunis C et XXV[1]) milia Keueque capitaneus interiit et in ipso prelio inter illos. Ex Detrici vero et Macrini exceptis illis, qui in suis tentoriis fuerant trucidati CC et decem milia corruerunt. Videns autem Detricus tantam cedem accidisse de[2]) sui populi in prelio, post congressum altera die perrexit versus Tulnam ciuitatem cum Macrino, que tunc erat ciuitas latinorum inter urbes Pannonie computata. Tulna ciuitas est in Austria, tres rastas distat Vienne. Vt autem cognouerunt huni retrocessisse suos aduersarios, ad locum certaminis sunt reuersi, et cadauera suorum sociorum, et Keuam capitaneum more Scythico prope stratum —[3]) ut putamus sollempnis lapidea est erecta, decentissime subterrarunt, locumque illum et partes illas Kewe oza vocauerunt. Experientes igitur in prelio precesso animositatem romanorum, et armorum paraturam,[4]) resarcito exercitu versus Tulnam ciuitatem, ubi se inimici eorum collegerant, huni perrexerunt. Contra quos Detricus cum Macrino in Cesumaur ditur occurrisse, et a mane usque ad nonam preliantes romani sunt deuicti. Ubi et Macrinus mortuus est, et Detricus per sagittam in fronte vulneratus, totoque exercitu romanorum interempto ac fugato. Ex hunis vero in illo prelio quadraginta milia perierunt, Wela Kewe et Kadicha ibidem interfectis, quorum cadauera abinde remouentes[5]) apud statuam memoratam cum aliis hunis sepulture tradiderunt. Postquam autem romanorum exercitus de Cezunmaur est dispersus, nunquam deinceps per plures annos contra hunos congregari potuerunt.

---

[1]) triginta. [2]) de, omittit T. [3]) „stratam ubi statua." supplet T. [4]) preparaturam. [5]) semouentes.

Digitized by Google

IV. De electione Atyle regis hungarorum et de victoria eiusdem monarchiali.

(10) Anno ab incarnatione domini quadringentesimo primo, ab ingressu vero hungarorum in Pannoniam anno XXVIII-o hungari siue huni concordi voluntate Atylam filium Bendekuz consuetudine romanorum super se regem prefecerunt, qui primo unus de capitaneis habebatur, et ipse Budam fratrem suum de flumine Tysce usque Don principem constituit ac rectorem, vocarique se faciens regem hungarorum metum orbis flagellum dei. Atyla dei gratia filius Bendekus, nepos magni Magor, nutritus in Engadi rex hunorum medorum gottorum danorum metus orbis terre et flagellun dei. Erat enim rex Atyla colore teter, oculis furiosus, elatus incessu, pectore lato, barbam prolixam deferebat, venereus etiam erat ultra modum. In archa sua es tenere contempnebat, audacie quidem temperate. Astutissimus in preliis ac sollicitus, fortitudinis competentis suo corpore habebatur. In voluntate magnanimus, armis politis mundis thabernaculis cultuque utebatur. Amabatur siquidem ab extranea natione, eo quod esset liberalis ac communis, ex natura vero serenitatem [1]) quam habebat, mirabiliter a suis timebatur. Linguarum ideoque diuersarum nationes de finibus orbis terre ad eum confluebant, quibus liberaliter pro posse affluebat. Habebat enim decem milia curruum falcatorum, diuersas machinas, et omnia ingenia, quibus castra urbesque confringuntur, que in suo exercitu secum ferebat. Thabernacula quidem variis modis diuersorum regnorum operata habere consueuerat. Vnum tamen habebat sic celebre ac sollempne, ut ex laminis aureis mirifice coniunctim solidata, modo solui et nunc reconiungi attendencium staret voluntate. Columpne eius ex auro laborate habentes iuncturas, opera ductilia, in medio tamen

[1]) seueritatem hab.

Digitized by Google

vacue, in suis iuncturis lapidibus preciosis fabrefacte iungebantur. Sed et sua maristalla dum pergeret ad exercitum, diuersarum patriarum equis —.[1]) Quos quamuis visus esset habuisse, largiter tamen egentibus tribuebat, ita quidem (11) ut duos[2]) haberet aliquando pro usu equitandi. Iste vero maristalle ex bisso et purpura habebant paraturam, sed et regales selle ex auro fuerant, et lapidibus preciosis laborate. Mensa erat tota aurea, uasa etiam coquinaria aurea erant. Talamus autem eius ex auro purissimo mirifice fabrefactus, secum in exercitu ferebatur. In huiusmodi igitur et aliis seculi pompis Atyla rex hunorum erat gloriosus. Expeditio vero sua preter extraneas nationes decies centenis milibus virorum armatorum replebatur, ita quidem, ut si unum Scyticum decedere contigisset, statim pro ipso alter ponebatur. Arma quidem gentis eius ex corio maxime et metallis variis diuersimode fuerunt laborata, arcus habens et lanceas acutissimas pariter, et cultros accinctos in femore. Galnerium[3]) quoque regis Atyle quod in suo scuto gestare consueuerat, similitudinem austuris in capite habebat cum corona. Quod signum hungari dum se regerent per communitatem, usque tempora ducis Geyche filii Toxun, in exercitu semper communium gestauere.

V. **Continuatio Hystorie.**

Postquam autem commisso prelio in Cezumaur redissent huni cum victoria ad sua thabernacula, diebus paucis ultra Tisciam cum uxoribus permanserunt, et hoc facto rex Atyla ad unum diem sollempnem curiam fecit congregari. In quam Detricus de Verona cum principibus Germanie accedens, omnem omaginem[4]) et reuerentiam regi Atyle fecisse perhibetur. Suggessit itaque regi ad partes occidentales personaliter accedere, ubi magnum honorem

---

[1]) replebatur. suppl. T. [2]) vix. add. T. [3]) banerium. [4]) omagionem. T.

Digitized by Google

possit adipisci. Cuius quidem amplectens consilium, exercitu statim proclamato, egressus de Siccambria primo illiricos dicitur inuasisse, deinde Constancie regnum pertransiuit, cui Sigismundus rex occurrit circa Basileam cum exercitu magno. Quem cum gente tota conterens, suo dominio subiugauit. A loco autem illo egressus iuxta Renum Argentinam ciuitatem obsedit, quam quidem ciuitatem romanorum nullus cesar potuit primitus expugnare, ipse Atyla expugnauit diruendo murum eius in diuersis locis, ut cunctis aduenientibus sine grauitate via libera preberetur. Edicens firmissime, ne ipsius murus ipso viuente muraretur. Vt eadem ciuitas non Argentina, sed Strozburg vocaretur, propter viarum pluralitatem, quas in muro eius fecerat aperiri. Amoto igitur suo exercitu, de Argentina Luxouium (12) Bizanciam, Chalon, Masticon Ligonem Burgundiam et Lugdunum destrui fecit ciuitates usque terram. Et egressus inde iuxta fluuium Rhodanum peruenit Cathalaunis. Vbi diuiso suo exercitu, tertiam partem sue gentis contra Miramommonam soldanum potentissimum cum electis capitaneis destinauit. Quo audito idem de urbe Sibilie fugit ante hunos in Marrochiam brachio maris quod strictum Sibilie dicitur transpassato. Hoc facto incerto regem Atylam romanorum patricius dictus Eucius cum decem regibus occidentis inuasit ex obrupto. Cumque insultum niterentur facere super Atylam, per nuncios petens inducias preliandi, ut copia sue gentis que fuerat aduersus soldanum destinata remearet. Illis renuentibus inter ambos exercitus a mane usque ad noctem in campo qui Bewinde dicitur prelium est commissum. Erat enim inter duos exercitus fluuius discurrens tam paruissimus, ut si capillum in ipsum quis iactasset, suo lento motu vix potuisset inferius remouere. Prelio autem iam facto, animalium et hominum sanguinem inundando, tantus torrens fuisse perhibetur, ut aurigam cum curru intro traheret ac armatos, fieretque mortalitas non modica per torrentem in utroque exercitu. Illud ergo prelium, quod commissum extitit inter

Digitized by Google

reges occidentis et Atylam in campo Beusscite Cathalaunis, omnibus preliis huius mundi, que commissa sunt uno die et loco uno, terribiliora et magis ardua per veteres non memorantur. In quo quidem conflictu rex gottorum Marinus[1]) nomine Aldaricus extitit interemptus. Cuius quippe obitum dum alii reges cognouissent, qui occisi non fuerant, fuge latebras queritarunt. Ab illo ergo die eleuatum est cor hunorum et regis Atyle, timorque percussit orbem terre, quo audito censu eis et tributo, plurima regna seruierunt. Tertia vero pars exercitus Atyle regis, que non potuit in hoc prelio interesse, timens Atylam propter moram, usque vitam Atyle remansit Cathalaunis, eiusdem patrie habitatores tandem sunt effecti, Pannoniam nolentes remeare. Erant enim soli huni aduersus Miramammonam destinati sexaginta quinque milia, excepta extranea natione. Ex hys etiam hunis plures fuerant capitanei constituti, qui lingua ipsorum Spani vocabantur. Ex quorum quidem nominibus Yspania tota nomen (13) assumsit. In loco siquidem prelii diebus paucis Atyla commorante, regressus est demum cum victoria, venitque in ciuitatem Tolosanam, in qua per ciues cum summa laude est receptus. Abinde se remouens abiit contra Remensem ciuitatem, scilicet capitalem urbem gallicorum, que ei cum pergeret Cathalauniam, resisterat vehementer, quam occupans sine mora omnes quos ibi reperit igne ac gladio deuastauit. Taliterque tota Francia et Flandria demolita peruenit Coloniam, ubi sanctam Vrsulam Bractanorum[2]) regis filiam cum undecim milibus virginum hunorum feritas crudeliter iugulauit. Regno[3]) ibidem Colonie transpassato deinde intrans Turingiam apud Ysnacum ciuitatem curia sollempni in ipsa celebrata, super dacos normanos frisones lytuanos et prutenos exercitum destinauit. Quos deuictos sibi fecit deseruire. Egressus vero curia celebrata Siccambriam Pannonie ciuitatem intrauit, in qua

[1]) maximus. [2]) Britanorum. [3]) Rheno.

Digitized by Google

propriis manibus Budam fratrem suum interfecit, ac corpus eius in Danubium proiecit, quoniam ipse, Atyla in partibus occidentalibus demorante, ibidem Buda inter ipsum et Atylam fratrem suum metas statutas transgressus fuerat dominando. Nam Siccambriam suo nomine fecerat nominari Buda Wara. Et quamuis rex Atyla hunis et aliis gentibus posuisset interdictum, ut eadem ciuitas non Budauara, sed urbs Atyle vocaretur, teutonici interdictum formidantes Ecylburg eam vocant, id est urbs Atyle, hungari vero interdictum non curantes adhuc eam Ovbudam usque hodie vocant et appellant. Hys itaque sic peractis quinque annis Siccambrie requieuit, speculatoribus suis per mundi quatuor partes destinatis, siue distributis. Speculatorum quidem[1]) prima societas de Siccambria ordinatim[2]) in quantum unius clamor potuisset ad alium exaudiri die ac nocte Colonie Germanie ciuitate stare consueuerat; altera pars usque Lituam; tertia in littore Don fluuii idest Etul; sed quarta statio Yadrie Dalmatie ciuitate consistebat. Quorum quidem clamore et voce quid Atyla ageret, vel quali exercitationi esset deditus, mundi quatuor partes scire potuissent.

VI. **Fugat nationes.**

Pannonie Pamphilie Frigie Macedonie et Dalmatie ciuitates, que per hunos obsidione crebra erant fatigate, natali solo derelicto, in Apuliam (14) per mare adriaticum licentia ab Atyla impetrata, seruire ipsi Atyle renuentes dimissis armentis transierunt; vlachis qui ipsorum coloni[3]) existere ac pastores remanentes[4]) sponte in Pannonia.

VII. **Rex Atyla expugnat ciuitatem Aquilegiam.**

Cumque rex Atyla quinque annis Siccambrie repausasset, sui exercitus defectum, videlicet tertie partis, que

[1]) siquidem. [2]) ordinata T. [3]) coloniae. [4]) remanentibus.

Digitized by Google

dudum remanserat Cathalaunis, resarcire procurauit, curiaque celebrata egressus de Pannonia per Carinthiam Stiriam et Dalmatiam pertransiens apud urbem Salonam et Spaletum mari adriatico se coniunxit, ambasque urbes fecit concremari. Ab illo vero loco egressus perrexit circa mare Traguram Sardonam, Sibinicum, Jadram, Nonam, Sceniam Parentiam Polam, Caputstriam Terrestrinam ciuitates et alia multa oppida in montibus discurrens[1]) peruenit tandem Aquilegiam, cuius quippe[2]) magnitudine conspecta abhorruit, et se confusum deputans[3]) si dictam urbem inexpugnabilem reliquisset, pro eo maxime, quia plures rebelles longobardi de Pannonia fugisse in ipsam ferebantur. Quos cum per nuncios a ciuibus repetisset, (15) illosque tradere recusassent, expugnare cepit diuersis machinis ciuitatem, quam cum capere nullatenus potuisset, obsedit eam uno anno et dimidio. Accidit autem die uno, ut ipsam ciuitatem circuiret multis Phitonicis eius lateri adherentibus, in quibus iuxta fidei sue opinionem spem maximam apponebat, videns ciconiam de mari euolantem, et in pinnaculo unius pallacy in quo habebat nidum suum resedisse. Accepto que in rostro pullo uno in maris arundines illum deportauit. Reuersa iterato, et alios pullos suos simul cum nido transportauit. Quo viso rex Atyla suos milites ad se vocans dicit eis: Cernite socy, quod ista ciconia futurorum fatorum indicia —[4]) et urbem istam per nos sentit diruendam, ad fugam ne pereat cum ciuibus se communit. Estote ergo in prelio die crastina fortiores, videbitis ciuitatem ruituram. Tunc edicto proclamato, machinarum omnium genere adhibito, cum non potuisset ciuitatem expugnare cum machinis, consilio Scythicorum usus, sellam unam ex decies centenis milibus de quolibet postulauit, fecitque ex sellis iuxta muri circulum congeriem vehementem, et iussit incendi sellas ipsas, quarum flamma et ardore murus se dissoluens, cum turribus in ter-

[1]) destruens. [2]) quidem. [3]) reputans. [4]) notat. add. T.

Digitized by Google

ram est prostratus. Quo viso ciues omnes derelicta urbe in insulam maris fugerunt, quandam enim insulam[1]) maris Aquilegie contiguam decreuerunt introire eterno ibidem permansuri, que uera[2]) Venecia usque hodie nominatur. In qua quidem aliquamdiu habitantes, propter metum regis Atyle ipsa derelicta, insulam que Realth dicitur intrauerunt permansuri.

VIII. **De ortu Venetorum.**

Veneti quidam[3]) sunt Troiani, ut Cronica canit veterorum; post excidium tamen Troie Aquilegie permanserunt, quam fundasse perhibentur. Veneti quidem non accipiunt originem de Sabaria, ut quidam opinantur. Nam Sabarie latini (16) longobardi videlicet inhabitabant, et erat ibi scola generalis tam ipsis longobardis quam aliis gentibus orbis terre, poetarum multis philosophorum dogmatibus luculenter illustrata, et varys ydolorum erroribus mancipata, quam quidam rex gottorum Arcellauus primo volens capere, diu obsessam non potuit. Demum metus orbis expugnauit. Cuius nempe incole per hunos expulsi nunc habitant Papye in Ytalia, iuxta flumen Ticini.

IX. **Deuastant Alamaniam.**

Destructa itaque ciuitate Aquilegie et Concordia, demum in Foro Julii destruxit Ciuitatem. Abinde in marchiam intrans Longobardie, Teruisium, Paduam, Veronam, Brixam, Cremonam, Mantuam, Pergamum, Mediolanum, Alexandriam et Ferrariam aliasque plures urbes ipsius regionis, suo subiugauit dominio. Post hec Rauennam dum venisset, Arianorum archipresul qui in ipsa ciuitate contra sedem apostolicam duodecim cardinales fecerat eleuari, sectam suam imitantes, habens thesaurum copiosum ciui-

[1]) ins-enim. T. [2]) vetus [3]) quidem.

Digitized by Google

bus ignorantibus in urbem Rauennam clam hunos intromisit, filiosque baptismatis, qui in ipsa ciuitate erant potiores, fecit iugulari, promittens nichilominus regi Atyle, quod si secte sue adheserit, fueritque christianos persecutus, totam Italiam et Romanam ciuitatem et Affricam sine fatigatione sue gentis et expensis sibi subiugaret. Cumque Atyla libenter annuisset, ac magis oblectatus amore dominii quam secte memorate; cognoscentes romani periculum quod inde potuisset emergere christianis, Leonem adeunt apostolicum ut (ad) Atylam debeat dirigere gressus suos, petens eum ex parte romanorum, ut acciperet census ac seruicia quamdiu viueret ipse Atyla. Interea rex Atyla ad Apuliam exercitum suum destinauit, constituens ipsi exercitui capitaneum Zorard ex tribu Zoard (17) oriundum, qui quidem Apuliam, Terramlaboris et Calabriam usque Regionam ciuitatem et Catonam, quam sapiens Cato fundasse dicitur spoliauit, et cum summa preda reuertitur. Cumque Leo papa cum cleri multitudine ac crucibus ad Atylam Rauennam peruenisset, in campo simul in equis colloquium habuerunt, et dum promissa et verba audisset romanorum, onerosa videbantur regi Atyle. Admisit tamen postulata, ob reuerentiam sedis apostolice, et timorem ymaginis apparentis. Nam cum idem rex oculos superius eleuasset, vidit supra caput suum pendere hominem in aere habentem gladium in manu sua, qui ipsius caput quasi stridentibus dentibus truncare minabatur. Et sic romanis admittendo postulata, apostolico licentia data, rex Rauennam est ingressus. In qua quidem archipresulem arrianum fecit captiuari cum suis sequacibus pape imitatus consilium.[1]) Et postquam exegisset ab eo et complicibus suis sexaginta milia marcarum auri, ipso iugulato cum omni copia sui exercitus frena retro uertit, Pannoniam[2]) est reuersus. Dum ergo per meridiem occidentem aquilonem

[1]) T. male legit „cousilio“. [2]) T. add. „que“.

Digitized by Google

atque orientem longe lateque suum imperium extendisset, vertebat in animo suo transfretare, ut Egiptios Assirios et Affricam subiugaret.

X. **Atyla rex uxoratur.**

Tunc filiam regis Bractanorum nomine Mikolch supra formam humanam pulcriorem sibi adducunt ad amandum. Quam in tantum amasse perhibetur, ut modum excesserat, sicuti moris erat ei in potando. Factoque fine coitus puelle usque[1]) consumato, de naribus eius sanguis egrediens supino dormienti cruor per os in guttur intrauit, ubi sanguis coagulatus tractum impediens anhelitus, Atylam interemit. Mikolch vero de sompno excitata, cum suum dominum motu celeri tetigisset, et ille se mouere non potuisset, cernens corpus frigidatum et priuatum calore naturali cubicularios regios[2]) eiulatu magno (18) ad se vocans, dominum suum eis demonstrans uniuerse carnis viam introisse. Qui sane clamore terribili perstrependo uniuersos vigiles ad hostia palatii eorum eiulatu fecerunt cursitare. Sepelieruntque eum cum Wele Kadicha et Kewe, et aliis capitaneis hunorum in loco superius memorato. Diuulgato igitur eius obitu, obstupuit totus mundus, et utrum inimici eius lugerent, an[3]) gauderent hesitabant, filiorum multitudinem formidantes, qui quasi populi vix poterant numerari. Et credebant aliquem post obitum patris ex filiis regnaturum. Detrici vero et aliorum principum alamanorum astutia, quibus rex Atila in collo imperando residebat, hunorum inpartita communitas in partes diuersas est diuisa. Ita quidem ut quidam Chabam regis filium ex grecorum imperatoris, scilicet Honorii filia procreatum, alii vero Aladarium ex Germanie principissa scilicet domina Crumheldina procreatum in regem post Atilam sibi preficere nitebantur. Sanior uero —[4]) hunorum dum Chabe

[1]) usuque. T. [2]) regis. [3]) aut. [4]) pars add. T.

Digitized by Google

adhesisset, Detricus autem extera natio, cum paucis hunis Aladario, ambo regnare ceperunt. Dumque alter alteri se preferre moliretur, Detrici astutia, qui illo tempore Sicambrie Aladario adherebat, inter ambos reges tam durum prelium ac forte est commissum, ut per quindecim dies continuos, ita Danubium germanico sanguine inundauit, quod [1]) si Teutonici occisionem que per hunos facta est diebus memoratis, ob odium non celarent, profecto possent confiteri, quod a Sicambria usque Potentianam, nec homines nec bruta animalia de Danubio aquam puram bibere potuissent. Istud est illud prelium, quod huni Crumheld prelium vocant usque in diem istum. In istis itaque preliis semper Chaba et huni victoriam habuerunt. Postmodum vero Detricus de Verona per tradimentum Chabam fecit superari. Deuicerat enim primitus Chaba fratrem suum, sed tandem in ultimo est deuictus, ut vix XV milia ex parte Chabe remanerent, aliis hunis et filiis Atyle totaliter deletis et occisis. Mortuo itaque Atila tam filii sui, quam Huni inter se sunt necati. Deuictus itaque Chaba et germani sui, filii Atile regis, qui ei assisterant ex aduerso, numero sexaginta, cum quindecim milibus hunorum ad Honorium auunculum suum fugisse perhibetur. (19) Et quamuis Honorius imperator grecorum incolam Grecie eum facere voluisset, illo renuente remanere, paternam sedem, videlicet Scythiam moraturus repetiuit. Manserat namque Chaba in Grecia cum Honorio annis XIII, sed rediit in Scythiam anno uno propter viarum discrimina, et difficultatem passigiorum. Hic autem in Scytiam, paternam scilicet sedem adiendo, uxorem de Scytia non accepit, sed traduxit de Corosmenia, de consilio Bendekuz aui sui, quem sanum, sed nimis decrepitum dicitur inuenisse. Ex ista quidem uxore sua genuit Edemen et Ed. Hic igitur Chaba suo amonitu redire fecit Scyticos iterum in Pannoniam. Remanserant autem ex hunis virorum tria milia, qui per fuge interfugium erepti de

[1]) sic Cod.

Digitized by Google

prelio Crumheldino in campum Chigla mezei se colligere procurarunt. Qui cum timerent occidentis nationes ne eos inuaderent ex obrupto, ad Erdeelew[1]) intrauerunt, non se hungaros, sed Zekul alio nomine vocauerunt. In vita quidem Atyle infesti fuerant ipsi huni occidentali nationi.[2]) Isti etenim Zekuli hunorum sunt residui, usque ad aliorum hungarorum reditum in campo prefato commorantes. Dum ergo hungaros iterato in Pannoniam redire cognouissent in Rutheniam eis occurrerunt conquestrantes simul Pannonie regionem. Qua quidem conquestrata, in eadem sorte remanserunt, ut tamen hungari voluerunt, non in plano Pannonie, sed cum Vlachis in montibus confinii sortem habuerunt Vnde Vlachis commixti litteris ipsorum uti perhibentur. Isti namque Zekuli Chabam in Grecia perisse putauerunt. Vnde wlgus adhuc loquitur in communi: Tunc redire debeas, quando Chaba de Grecia reuertitur. Iste igitur Chaba filius Atyle est legittimus, ex filia Honorii imperatoris grecorum genitus, cui Edemen et Ed filii sui sunt vocati. Edemen autem cum Vngari in Pannoniam secundario sunt reuersi, cum maxima familia patris sui et matris introiuit. Nam mater eius de Corosminis[3]) orta erat. Ed vero in Scithia mansit apud patrem. Ex isto enim Chaba generatio Abe est egressa. Cum igitur Chaba adiens in Scithiam nobilitate genitricis in communi se iactaret, hunorum nobilitas (20) ipsum contempnebat, asserentes eum non verum esse alumpnum regni Scitie, sed quasi missitalium extere nationis, propter quod ex Scytia uxorem non accepit, sed traduxit de genere Corosmina. Postquam autem filii Athyle in prelio Crumhelt cum gente Scytica fere quasi deperissent, Pannonia extitit decem annis sine rege, Sclauis tantummodo grecis vlachis teutonicis aduenis messianis[4]) remanentibus in eadem, qui viuente Atyla populari seruitio sibi seruiebant. Surrexit post hec quidam Zuatapolug nomine Moroti filius in Polonia qui Bracta

[1]) Erdeelw T. [2]) natione cod. [3]) Corosmis. T. [4]) Marchianis.

Digitized by Google

subiugando, bulgaris messianisque imperabat, incipiens similiter in Pannonia dominari post hunorum exterminium. Hunc quidam hungari de Erdelw et de fluvio Hung variis muneribus allectum, et nunciis explorantes, considerata illius militia immunita, ipsum Zuatapolug irruptione subita in quodam oppido circa pontem Bani iuxta Tatam, cuius oppidi adhuc apparet interruptio, cum tota militia peremerunt, et sic populis Pannonie memoratis, quos Moroti filius dilatando adauxerat, inceperunt dominari. Tradunt quidam quod hungari Morot non Zuatapolug in secundo eorum reditu in Pannonia reperissent principantem; hoc idcirco esse habet, quia Moroth pater eius nomine maior erat, sed confectus senio repausabat in castro quod Besprem nominatur. Audito infortunio quod filio acciderat, morte subita ob dolorem finiuit vitam suam. Filius vero in dominando nouus erat. Huni autem applicuerunt fluuio Tyscie, et de Tyscia egressi quinto anno. A prelio Kezumaur usque regnum Atile annus fluxit unus. Regnauit autem Atyla annis quadraginta quatuor; ducatum tenuit quinque annis; vixit autem centum viginti quatuor annis. Mortuus est autem post ingressum hungarorum in Pannoniam anno LXX-o II-o, ab incarnatione autem domini anno quadringentesimo XL-o V-o tempore imperatoris Marciani secundi, et pape Gelasii primi. Nocte autem illa, qua Atyla mortuus est in Siccambria, vidit Marcianus imperator in somnis arcum Atyle fractum, ex hoc intelligens, ipsum esse mortuum; qui tunc Constantinopolim morabatur.

EXPLICIT PRIMA CRONICA HUNGARORUM.

XI. In(21)cipit prologus de secundo ingressu, et de casibus prosperis et aduersis eorundem.

De gestis[1]) igitur hunorum natalibus preliis felicibus et sinistris, quociensque eorum loca immutauerunt, viden-

[1]) digestis. T.

Digitized by Google

dum nunc est, quo tempore in Pannoniam redierunt iterato, quique redeuntium fuerunt capitanei, quantusque numerus armatorum in exercitu, apponere in presenti opusculo dignum duxi.

Anno ab incarnatione domini sexcentesimo LXX-o VII-o, a morte vero Atyle regis hungarorum anno centesimo quarto tempore Constantini imperatoris tertii et Zacharie pape, sicut scribitur in cronica romanorum, hungari de Scytia secundo egressi sunt hoc modo. (22) Quod Eleud filius Vgeg ex filia Eunodbilia in Scytia genuit filium, qui nominatur Almus ab euentu. Quia matri[1]) eius in sompno innotuerat auis, quasi in forma austuris veniens, dum esset grauida; et quod de utero eius egrederetur torrens, ac in terra non sua multiplicaretur, ideoque factum[2]) fuit, quod de lumbis eius gloriosi reges propagarentur. Quia vero sompnium in lingua nostra dicitur alm, et illius ortus per sompnium fuit prenosticatus, ideo ipse vocatus est Almus. Qui fuit Eleud qui fuit Vgeg qui fuit Ed qui fuit Chaba qui fuit Ethele qui fuit Bendekus qui fuit Turda qui fuit Scemen qui fuit Ethei qui fuit Opus qui fuit Kadicha qui fuit Berend qui fuit Zulta qui fuit Bulchu qui fuit Bolug qui fuit Zambur qui fuit Zamur qui fuit Leel qui fuit Leuente qui fuit Kulche qui fuit Ompud qui fuit Miske qui fuit Mike qui fuit Beztur qui fuit Budli qui fuit Chanad qui fuit Buken qui fuit Bondofard qui fuit Farcas qui fuit Othmar qui fuit Kadar qui fuit Beler qui fuit Kear qui fuit Keue qui fuit Keled qui fuit Dama qui fuit Bor qui fuit Hunor qui fuit Nemproth qui fuit Thana qui fuit Japhet qui fuit Noe. Almus genuit Arpad, Arpad genuit Zoltan, Zoltan genuit Toxun.

Anno igitur ab incarnatione domini sexcentesimo, vel sexingentesimo septuagesimo septimo a morte vero Atyle regis anno centesimo wlgariter Magori siue huni, latine vero Vngari, tempore Constantini tertii imperatoris

[1]) mater. Cod. [2]) fatatum T. ftm. C.

Digitized by Google

et Zacharie pape denuo ingressi sunt Pannoniam. Transeuntes igitur per regnum Bessorum, alborum Cumanorum Susdaliam et ciuitatem Kyo nominatam, deinde transierunt alpes in quandam prouinciam ubi viderunt aquilas innumerabiles, et ibi propter aquilas illas manere non potuerunt, quia de arboribus tamquam musce descendebant aquile et consummebant deuorando pecora eorum et equos; volebat enim deus ut citius descenderent in Hungariam. Exinde montes descendunt per tres menses, et deueniunt in confinium regni Hungarie, scilicet in Erdelw, inuitis gentibus memoratis. Ibique terreis castris septem preparatis pro (23) uxoribus et rebus suis conseruandis, aliquamdiu permanserunt. Quapropter teutonici partem illam ab illo die Simburg, id est septem castra vocauerunt.

XII. **De septem capitaneis electis.**

Cumque in eisdem castris permanerent, irruptionem circumquaque iacentium dominorum formidantes, deliberato communi consilio, septem capitaneos inter se prefecerunt, et in septem exercitus sunt diuisi, ita ut unusquisque exercitus unum haberet capitaneum, sine centurionibus et decanis consueto modo positiuis. Vnus namque exercitus habebat tria milia virorum armatorum sine centum viris. Ex centum itaque tribubus et octo, in secundo egressu de Scytia de qualibet tribu duo milia virorum armatorum sunt egressi, familiarium numero non apposito.

XIII. **Primus capitaneus.**

Fuerat autem ex istis capitaneis dicior et potencior Arpad filius Almus, filii Elevd filii Vgeg. Huius autem pater Almus in patria Erdelw occisus est, non enim potuit in Pannoniam introire. In Erdelw igitur quieuerunt, et pecora sua recreauerunt. Audientes autem terre utilitatem

Digitized by Google

de habitatoribus, quod optimus fluuius esset Danubius, et melior terra in mundo non esset partibus illis: accepto itaque communi consilio miserunt nuncium nomine Kusid filium Kund, ut iret et totam terram prospiceret, habitatoresque terre agnosceret. Cum ergo Kusid venisset in medium Vngarie, et circa partes Danuby descendisset[1]) vidit locum amenum et circumquaque terram bonam ac fertilem, fluuium bonum et pratosum, placuit ei. Deinde venit ad ducem prouincie qui regnabat post Atilam vocatum Zuatapolug. Salutauitque eum de suis, et causam pro qua venerat manifestauit. Hec audiens Zuatapolug gauisus est gaudio magno, putabat enim illos esse rusticos, ut venirent et terram eius colerent; propter hoc nuncium delicatum remisit. Kusid autem de aqua Danuby lagenam implens et herbam periarum ponens in utrem, et de terra nigri sabuli accipiens ad suos reuersus est. Cumque narras(24)set omnia que audierat et viderat, valde placuit eis, et lagenam aque terram et herbam eis presentauit. De quibus ipsi sapiendo bene cognouerunt, quod terra optima sit, et aquam habebat dulcem, et pratum cum herbis similibus que nuncius eis recitauit. Arpad vero cum suis de aqua Danuby cornu implens et ante omnes hungaros super illud cornu omnipotentis dei clementiam rogauit; ut dominus eis terram in perpetuum concederet. Finitis hys verbis omnes hungari clamauerunt deus deus deus tribus vicibus. Et ibi inuentus est usus iste, et seruatur apud hungaros usque modo. Deinde communi consilio ad predictum ducem eundem nuncium remiserunt, et ei equum magnum cum sella deaurata auro Arabie, et freno deaurato miserunt pro terra sua. Quo viso dux ipse magis gauisus putabat, quod ei pro terra quadam hospitalary misissent. Nuncius ergo impetrauit ibi a duce terram herbam et aquam. Dux vero subridens ait: Habeant quantum cunque volunt pro hoc munere. Et sic nuncius ad suos re-

[1]) T. add. et.

Digitized by Google

uersus est. Arpad autem interim cum septem ducibus Pannoniam intrauit. Non sicut hospites, sed sicut terram iure hereditario possidentes. Tunc nuncium alium ad ducem miserunt et ei hanc legationem mandauerunt: Arpad cum suis tibi dicit: quod super ista terra, quam a te emerunt diutius nullo modo stes, quia terram tuam cum equo emerunt, herbam cum freno, aquam cum sella. Et tu propter emphiteosim, id est inopiam et cupiditatem terram herbam et aquam concessisti. Cumque duci dicta esset legatio subridens dixit: Equum illum malleo ligneo interficiant, frenum autem in pratum proiiciant, sellam vero deauratam in aquam Danubii abiciant. Cui nuncius: Et inde domine quid dampni habebunt? Si equum interficis, canibus suis victualia dabis; si frenum in herbam proicies[1]) homines sui qui fenum falcant aurum freni inueniunt. Si vero sellam in Danubium abicis piscatores illius aurum selle super litus exponunt, atque domum reportabunt. Si ergo terram herbam et aquam habent, totum habent. Dux ergo hys auditis exercitum cito congregauit timens Vngaros et auxilium ab amicis impetrauit[2]) et omnibus coadu(25)natis eis obuiam venit. Illi autem interdum prope Danubium peruenerunt, et in campo pulcherrimo summo diluculo pugnam inierunt. Fuit autem auxilium domini cum hungaris, a quorum facie dux sepe dictus se in fugam conuertit. Persecuti suntque eum hungari usque Danubium et ibi pre timore in Danubium se iactauit, in quo pre aquarum vehementia suffocatur. Retradidit autem dominus hungaris Pannoniam sicut tradiderat fily(s) —[3]) tempore Moysi terram Seon regis Amorreorum, et omnia regna Chanaan in hereditatem. Dum ergo capitaneus iste Arpad uteretur speciali quadam dignitate in Scytia, et hanc haberet ipsius generacio consuetudinem Scithica legittima et probata,[4]) ut unus in expeditione gradientibus debeat anteire, in redeundo vero retrocedere, ipse pro eo alios capitaneos in

[1]) proicis. T. [2]) imperauit. Cod. [3]) Israel suppl. T. [4]) sic. Cod.

Digitized by Google

Pannoniam adeuntes fertur precesisse. Eoque Arpad Zuatapolug cum ceteris hungaris, ut superius dictum est debellato et occiso castra fixit in monte Noe prope Albam, et ille locus est primus, quem Arpad sibi elegit in Pannonia unde et ciuitas Alba per sanctum regem Stephanum, qui de ipso processit, fundata est ibi prope.

XIV. **Secundus capitaneus.**

Zoboleh[1]) vero alius capitaneus unde Chak oritur generatio, descendisse dicitur in ipso campo et loco, ubi Chakuara nunc iacet desolata. Illud etenim castrum Zobolei[1]) fundauit capitaneus, quod postmodum Chak ipso mortuo, suo nomine a suis cognatis et familia iussit apellari;[2]) primo quidem Zoboley[3]) dicebatur. Illud etiam castrum temporibus Andree Bele et Leuente filiorum Zaar Ladizlai per commune consilium Vngarorum est confractum.

XV. **Tercius capitaneus.**

Tercius vero capitaneus Gyula fuit, unde Gyula filius Ladizlai deriuatur. Eratque iste Gyula dux magnus et potens, qui ciuitatem magnam in Erdelw in venatione (26) sua inuenerat, que iam pridem a romanis constructa fuerat. Habebatque filiam nomine Sarolt pulcherrimam, de cuius pulchritudine prouinciales duces diutius loquebantur. Quam Geysa dux consilio et auxilio Beliud, qui terram Kulan possiderat, traduxit in uxorem legittimam. Isti Beliud Kulan dedit filiam suam, ut contra fratrem suum Kean debellaret. Et post obitum suum terram suam idem Kulan Beliud hereditauit. Tandem cum Gyula hungaris in Pannonia habitantibus infestus esset, et multipliciter aggraua-

---

[1]) Zobolch, Zobolci. T. [2]) appellare. [3]) Zobolcy.

Digitized by Google

tus; per sanctum Stephanum regem in Pannoniam est deductus. Non tamen iste Gyula[1]) capitaneus, sed ab illo tertius.

XVI. **Quartus capitaneus.**

Quarti siquidem capitanei vocabulum fuerat[2]) Cund, cuius filius Kusyd et Cupan, qui prope Nyr fixere sua castra, ibique post baptismum monasterium fundauere.

XVII. **Quintus capitaneus.**

Sed quintus Leel est nominatus qui messianos s.[3]) Bohemicos de partibus Golgate expulit, ibique diutius castra metatus fuisse perhibetur. Ex isto quidem Zuard oritur generatio, siue prosapia et origo.

XVIII. **Sextus capitaneus.**

Sextus capitaneus Werbulchu nomen habuit, qui circa Balatun sua thabernacula fixisse probatur.

XIX. **VII-us capitaneus.**

Septimus capitaneus Vrs dicitur. Istius siquidem generatio Seyo locum habebat.[4])

Alie vero generationes, que genere sunt istis pares et consimiles, acceperunt sibi locum et descensum ad eorum beneplacitum. Cum igitur codices quidam contineant, quod ipsi capitanei septem Pannoniam introierint, et Hungaria ex ipsis solis edita sit et plantata: unde ergo venit generatio Akus Bor (27) Abe, aliorumque nobilium hungarorum, cum omnes isti non hospites sed de Scytia descenderunt? Assignant enim hanc rationem solam quam uulgus

---

[1]) T. ubique „Gywla“ scribit. [2]) fuer. vocab. [3]) scilicet. [4]) habet.

Digitized by Google

dicit: septem hungaros. Si ergo septem soli sunt hungari cum familia, et non plures familie uxores filii filie accipi possunt serui et ancille: numquid enim cum tali familia regna possunt expugnari? Absit. Accidit autem temporibus Toxun hungarorum exercitum versus Galliam pro accipiendis spolys ascendisse. Qui cum in reditu Reno transmeato diuisi forent in tres partes, due sine honore, una cum honore in Hungariam descendebat. Quam dux Saxonie apud Ysnacum Thuringie ciuitatem sine VII hungaris omnes interfecit. Septem autem ex ipsis reseruatis amputatis auribus misit in Pannoniam. Ite inquit ad vestros hungaros taliter enarrantes, ut amplius non veniant in hunc locum tormentorum. Due vero partes iam Sueuiam introierant. Audito ut acciderat eorum socys et cognatis, dimiserunt spolia accipere in Sueuia, et quidquid eis occurrit a flumine Illirici usque flumen Saar, siue Leytah[1]) occiderunt ab homine usque ad pecus. Hungaris autem VII sine auribus, pro eo ut viui redierunt, et se occidi cum socys non elegerunt, communitas talem sententiam dedisse perhibetur: Omnia que habebant amiserunt, tam in re stabili, quam mobili, ab uxoribus et pueris illos separantes, pedite(s) sine calceis, proprium nil habere permiserunt. Semper etiam insimul de thabernaculo in thabernaculum mendicando usque dum viuerent ire compulerunt. Qui quidem septem ob offensam huiusmodi Lazari sunt vocati. Ex istis itaque sic dampnatis vulgus dicit, non de septem capitaneis istis primis. Preterea cum sit quodammodo proprium mundanorum arrogantie plausum plus de se assumere, quam ex alienis (de se ipsis componentes,[2]) ideo isti capitanei VII de se ipsis cantilenas componentes, fecerunt inter se decantari ob plausum secularem, et diuulgationem sui nominis, ut quasi eorum posteritas hys auditis inter vicinos et amicos iactare arrogantia se valerent. Constat itaque non tantum septem capitaneos Pannoniam conquestrasse, sed etiam

[1]) Laytah. [2]) sic Cod. perperam.

Digitized by Google

alios nobiles, qui de Scytia (28) descenderunt. Vnde in ipsis venerari potest nomen dignitatis plus aliis, et potentie; nobilitatis vero equaliter. Cum ergo quidam sint hospites isto tempore nobilitate pares hungaris, inquirendum est quare istud esse habuit,[1]) cum hungari numero ad implendam Pannoniam suffecissent.

Geycha namque dux inter alios diuino premonitus oraculo conuertere cepit hungarorum gentem ad fidem christianam. Et dum monitu illos conuertere non posset paganismis[2]) ritibus deditos et intentos, oportebat quosdam armis edomare, ad quod faciendum, quia plures fuere fidei repugnantes, quam quippe adherentes, necessarium habuit desiderium suum diuulgare regibus et principibus christianis. Quo audito huiusmodi desiderio, non solum iuuamen transmiserunt, sed etiam personaliter adierunt, quibus fuerat hungarorum crudelitas nociua ac exosa.

XX. **De generatione Tata.**

Intrauit ergo primo Deodatus de comitibus sancti Seuerini de Apulia, qui fundator extitit monasterii de Tata et parator. Iste etiam cum sancto Adalberto pragensi episcopo sanctum regem Stephanum baptizauit, cuius quidem monasterii nomen pro eo Tata appellatur. Quia cum beatus rex Stephanus ipsius nomen ob reuerentiam non exprimeret, sed eum tata appellaret, abolitum est nomen Deodati, sed Tata extitit vocatus. Vnde etiam ipsius monasterium taliter est vocatum. Huius quidem generatio in Pannonia non habetur, quia quamuis uxorem habuisset, tamen sine heredibus finiuit vitam suam.

XXI. **Generatio filiorum Hedrih.**

Post hec de Alamania Volphgerus cum fratre suo Hedrico de comitibus Heinburg ortus cum trecentis dex-

[1]) undeque processit. add. T. [2]) paganismi.

Digitized by Google

trariis falleratis introiuit. Cui dux Geycha montem Kyscen et insulam Danubii circa Jaurinum dedit pro descensu eterno ubi castrum lig(29)neum faciens, fecit quoque in eodem monte cenobium ubi est tumulatus. De istis Hedrici generatio deriuatur.

XXII. **Generatio Vecellini de Alamania venientis.**

Ascendit quoque de Bauaria Vecellinus videlicet de Wazunburg. Qui cum sancto Stephano in Symigio Cupan ducem interfecit. Capitaneus enim exercitus extitit illo die. Ex istis Jako nascitur principium et origo.

XXIII. **Generatio Hunt et Paznan.**

Adierunt etiam istis diebus Hunt et Paznan, qui sanctum Stephanum regem in fluuio Goron gladio Theutonico more accinxerunt. Istorum namque generatio ab istis nominibus distare non videtur. Istorum itaque comitum dux Geycha fretus auxilio, et sanctus rex Stephanus suus filius, et diuino potius, quosdam rebelles armorum terroribus, nonnullos voluntarie conuerterunt ad baptismum, quos quidem comites tam dux Geycha, quam filius suus latis et amplis hereditatibus, pro ipsorum seruitiis ditauere, prout apparet nunc manifeste. Qui quidem temporis in processu ungaris per contractus matrimoniorum sunt immixti. Istorum etiam consilio et auxilio super hungaros rex est constitutus, pluresque nobiles hungari duci Cupan adherentes, baptismum fidemque respuentes ad turpia seruicia sunt detrusi. Illis[1]) namque in gerendis[2]) iudicatus erat nobilior, qui fidei Christi citius adhesisset.

[1]) ille. [2]) rebus. add. T.

Digitized by Google

XXIV. **Generatio Poth.**

Poth vero generatio de imperatore — Corardus[1]) de Altinburg deriuatur, temporibus regis Salomonis filii Andree regis venit in Pannoniam. Hic Hernistus est vocatus. Scilicet propterea Poth fuit appellatus, quia internuntius erat inter imperatorem Corardum et Andream (30) ac Salomonem reges. Poth enim teutonice latine nuncius sonat.

Merse autem et Gregorii generatio de Francia est, ex consanguinitate Guilermi dicti Comes.[2])

Kyquini quidem et Renaldi[3]) origo est de Yspania, cum regina Margaretha coniuge Bele regis filii Zaar Ladizlai, Pannoniam adeuntes. Hic enim Bela primo uxorem de Polonia habuit.

De generatione ergo Gwth Keled plura enarrantur, sed pro certo per Petrum regem, dum idem fugit ad Henricum Cesarem, in adiutorium sunt ei adducti. De castro Stoph sunt exorti de Sueuia, unde imperator Fridericus ortum habet. Ista enim generatio de primatibus Sueuie extitit, pauperes enim sunt hereditatibus, sed probi et valentes sunt in patria memorata. Istius siquidem Guth Keled generatio temporibus Salomonis regis, Ladizlai et Geyche ducum extitit exaltatum. Nam tunc ipsa generatio in duas partes diuisa fuit, quidam ducibus adherentes, quidam vero Salomoni; et specialiter Wyd, quem Salomon exaltasse perhibetur super alios de generatione supradicta.

XXV. **Generatio Oliuerii[4]) et Ratoldi.**

Post hec intrant Oliuerius et Ratoldus tempore regis Colomani de regno Apulorum. De Caserta ortum habent.

Illi vero de Sambuk[5]) de comitibus Campanie ex Francia oriuntur.

---

[1]) unde Conradus de Altenburg. T. [2]) corves. [3]) Rinaldi. [4]) Olivieri. [5]) Zambuk.

Digitized by Google

XXVI. **Generatio Hermani de Alamania.**

Hermani etiam generatio cum regina Keisla introiuit. Liberi homines sunt de Nurumburg, hereditatibus pauperes.

XXVII. **De generatione Buzad est dicendum.**

De generatione quidem Buzad est dicendum. Huius enim generatio per regem Stephanum filium secundi Bele in Hungariam adducitur in adiutorium regis memorati. Ex comitibus enim Orlamundi sunt. Primus enim qui venit Hadoch est vocatus, cuius filius similiter Hadolch et Arnol(32)dus. Ex istis origo procedit Buzad bani. Hic enim Hadolch exprimi non potuit, sed paraloyzando Hoholt dicitur. Generatio quidem Chaak, cum aliis quibusdam generationibus conspirauerunt contra istum regem, quos per Hoholdum et suam militiam dicitur contriuisse.

XXVIII. **De generatione Keleed.**

Stephani Ladizlai et Gregorii filiorum Keleed prosapia de prouincia Meysie ortum habet. Stephanus enim filius fuit sororis Meysnensis marchionis, filius comitis de Herfold. Qui occiso Turingie Langrauio in Francfurd in sollempni curia, ubi imperator eligi debuit, per eum ac per alios, dum reoccidendi sententia per Alamanie principes contra ipsum lata esset, diebus Geyche regis filii secundi Bele descendit in Pannoniam cum dextrariis falleratis sexaginta, et a rege predicto receptus sollempniter, optimis et latis possessionibus inuestitur, prout patet, ipso in Meysnensis regionis proscriptionis penam intrante. Eorum vero generatio, qui dicuntur de Boiotha, de Samberg descendit in Pannoniam,

Digitized by Google

XXIX. De Symone et Michaele.

Symonis vero et fratris eius Michaelis generatio quidem Mortundorf nominatur; temporibus Andree regis filii Bele tertii descendit de Ispania. Castra quidem multa habet in Ispania illa generatio, ex quibus unum quod melius est Boyoth.[1]) Huius quidem Symonis auus dum cum rege Aragonum annis pluribus contendisset, tandem per eundem regem captiuatus in carcere detruditur. Quod Symon (32) comes et Bertramus formidantes, cum secunda uxore prefati regis Andree, que fuerat de Campania, in Vngariam intrauerunt. In Yspania enim nulla generatio in scuto suo aquilam ferre audet, nisi Symon et Michael, eapropter, quod exercitum Soldani de Tunisio, qui Maioricam et Minoricam insulas per naues intrando et classes occupauerant,[2]) ceteris militibus regis Aragonie deficientibus, eorum generatio fertur expulisse. Unde regis et communitatis milicia[3]) decreto est statutum quod priori signo,[4]) quod fuerat totum rubeum sine aliqua expressa figura, in aquilam mutaretur.

XXX. Introitus diuersarum nationum.

Preterea intrauerunt in Vngariam tam tempore regis Geyche et sancti regis Stephani, quam diebus regum aliorum, Bohemi, Poloni, Greci, Ispani, Hismahelite, seu Saraceni, Bessi Armeni, Saxones, Turingi, Misnenses, et Rhenenses, Cumani, Latini. Qui diutius in regno commorando, quamuis illorum generatio nesciatur, propter matrimoniorum diuersorum contractus ungaris immixti nobilitatem pariter et descensum sunt adepti.

[1]) vocatur. add. T. [2]) occupauerat. [3]) militiae [4]) sic etiam Keza. „prius signum." T.

Digitized by Google

(33) XXXI. **Recitantur facta tempore Toxun ducis.**

Postquam autem Zuatapolug per ungaros ut superius dictum est, necatus, et hungari descendissent in Pannoniam, per sex annos eorum arma et equos meliorare curauerunt. Anno igitur septimo Morauiam et Bohemiam, in quibus eo tempore dux Vratizlaus regnare videbatur, crudeliter spoliauerunt. Exinde cum victoria redeuntes, treugis ordinatis cum prefato duce uno anno quieuerunt. Post hec Carinthiam hostiliter adeuntes, ultra castrum Leopah dux Meranie Gothfridus nominatus, et dux Carinthie Eberhardus, necnon Gregorius Aquilegie patriarcha ipsis occurrentes, insimul atrociter pugnauerunt, et quamuis ex hungaris plures ibi cecidissent, tamen ambos duces hungari occiderunt, patriarcha uero per fugam euadente. Abinde spoliata Carinthia, Corniola et Stiria, cum maxima preda sunt reuersi. Audito igitur Conrardo Cesare, quod hungari imperii sui confinia intrassent, ducesque memoratos occidissent, decreuit venire in hungariam, et cum exisset de Italia, venissetque Augustam Sueuie ciuitatem, ut deinde in Pannoniam inuasurus hungaros descenderet, inter romanos bellum generatum est interea intestinum; propter quod ipsum retrocedere oportebat. Inter hec hungari immobiliter annis tribus ad nullas partes perrexerunt.

XXXII. **Hungari deuastant Bulgariam.**

Anno autem quarto hungari Bulgariam inuaserunt, et ex ea thesaurum et arma innumerabilia adduxere, castra ipsorum occupantes, et ciuitates eorum destruentes, que domino concedente, et nunc habent et possi(34)dent. Postquam autem memorata regna deuicerunt, per Forum Julii usque in marchiam Longobardie intrauerunt, ubi ciuitatem Paduam igne ac gladio consumpserunt. Ex hinc intrantes Lombardiam Linthar Vercelline ciuitatis episcopum impe-

Digitized by Google

ratoris Caroli consiliarium fidissimum occidentes, ex ipsius ecclesia thesaurum maximum rapuerunt, totamque pene Longobardiam spoliantes, cum maximo spolio in Pannoniam cum uictoria redierunt. Post hec decem annis repausantes, anno undecimo Saxoniam Turingiam Sueuiam Francosque orientales id est Burgundos demoliti, in confiniis Bauarie ultra castrum Abah citra Danubium Alemanorum exercitus ipsos in reditu honeratos inuaserunt ex obrupto. Quos hungari in fugam turpiter conuerterunt, cesis multis milibus ex eisdem. In quo quidem conflictu ex ungaris tria milia virorum perierunt, qui vero euaserunt ad propria redeuntes, annis sedecim immobiliter in Hungaria permanserunt.

XXXIII. **De morte Leel et Bulchu capitaneorum.**

Regnante vero per Alemaniam Corrardo primo, decimo octauo anno Hungari egressi quibusdam partibus Teutonie deuastatis, cum ad urbem Augustam peruenissent, Urrico episcopo cum ciuibus et Sueuie primatibus resistentibus, tandem cum hungari eandem obsiderent ciuitatem, obstinati nolentes de urbe recedere, missis nunciis ad Corardum memoratum ut celeriter urbanis succurreret, idem non omisit. Vngaris igitur se incaute circa obsessionem ciuitatis ingerentibus alamanicus et ytalicus exercitus illos inuasit ex obrupto, ut si fugere voluissent non potuissent, ex una parte fluuioli[1]) qui illis diebus per canales mirabiliter inundauerat, impedimentum faciens, ab altero vero exercitibus predictis circumvallantibus sicut murus, illosque constringentibus. Sic itaque artati ab hostibus, quidam captiuati ab eis (35) aliqui crudeliter sunt necati. In quo loco Leel et Bulchu illustres capitanei captiuati sunt, et ducti coram Cesare. Quos cum Cesar requireret quare christianis essent sic crudeles? dicunt: Nos sumus ultio

[1]) fluuio Lih. T.

Digitized by Google

summi dei, ab ipso vobis in flagellum destinati, tunc enim per vos captiuamur et occidimur, cum persequi[1]) vos cessamus. Quibus imperator: eligite vobis mortem quam vultis. Cui Leel ait: afferatur mihi tuba mea, cum qua primum buccinans postea hec tibi respondebo. Allataque est tuba ei, et appropians Cesari, cum se ingereret ad buccinandum, ipsum Cesarem sic fortiter in fronte cum tuba fertur percussisse, ut illo solo ictu imperator moreretur. Dixitque ei: tu preibis ante me, michique in alio seculo eris seruiturus. Est namque fides Scithicorum, ut quoscunque viuentes occiderent, in alio seculo ipsis seruire teneantur. Detentique sunt sine mora, et Ratispone patibulo suffocati.

Alius autem exercitus hungarorum, in quo erant bene virorum armatorum milia quadraginta, qui castra metati sunt longe ab Augusta ciuitate, sentientes socios suos tam crudeliter artari, captiuari et occidi, seorsum in quamdam insulam se receperunt, expectantes, ut se ab inuicem imperatoris exercitus separaret, et dum maior pars Cesaris exercitus tenderet ire versus Rhenum, hungari in campo quodam illos coniungentes, sagittis primitus illorum equos occiderunt, tota die ipsos nec descendere, nec quoquam fugere permittendo. Tandem vero se mouere dum non possent, captiuari se dederunt, cum quibus socios suos Ratispone detentos redimerent. Ipsi vero exinde tali fortuna eis occurrente monasterium de Wlta[2]) combusserunt, ubi multum de auro haurientes, abinde Rheno transpassato Lothoringensem ducatum igne et gladio vastauerunt, ubi circa Strozburg, que in latino dicitur Argentina in quodam prelio Ekhardum ducem Lothoringie et Pertoldum ducem Barbancie, qui ei venerat in auxilium captiuantes decollauerunt. Inde vero Galliam atrociter affligentes, crudeliter in ecclesiam dei seuientes, Metenseque, Treuerense et Aquisgranense territorium deuastantes (36), deinde per obrupta moncium Senoniensium per populos eterni mar-

[1]) prosequi. [2]) Wultha T.

Digitized by Google

tis[1]) viam sibi gladio aperientes parauerunt. Ubi siquidem Segusam Taurinamque ciuitates destruxerunt, montesque prefatos perforantes, planum Lombardie cum vidissent, totam pene prouinciam concitatis cursibus vastauere; et ita ad proprium regnum cum victoria reuertuntur.

XXXIV. **Greci deuincuntur per Hungaros.**

Vicesimo autem primo anno egressi in Bulgariam intrauerunt, et inde Ydropolim venientes ipsa expugnata Constantinopolim tandem obsederunt. In obsidione igitur urbis memorate hungaris constitutis, quidam grecus, sicut gygas emissus de urbe, ad luctandum cum eo duos hungaros impetebat altercari dicens: quod si ambos non deuinceret, grecorum imperator censu hungaris teneretur. Qui cum hungaris infestus esset ultra modum, unum contrarium ei inuenerant, qui oppositus greco ita ait: Ego inquit sum Bothond rectus hungarus, minimus hungarorum; adiungas tibi duos grecos, quorum unus conseruare debeat animam tuam exituram, alter vero cadauer tuum subter-(37)randum, quia certissime censualem faciam grecorum imperatorem genti mee. Unde capitaneus hungarorum nomine Opour qui illi[2]) exercitui de communi[3]) voluntate fuerat constitutus, iussit Botond cum dolabro suo pergere contra portam urbis que erat metallina, et in porta declarare vires suas cum dolabro. Veniens autem usque portam, talem ictum et cesuram in ipsa porta fecisse perhibetur, quod puer annorum quinque per ipsum foramen exire et intrare satis large potuisset. Facto namque spectaculo hungarorum et grecorum, parata area ad certandum ante portam urbis, parua hora simul in unum dimicantes, grecus in terram per hungarum est detrusus, et statim sine mora spiritum exalauit. Quod factum et casum grecorum impe-

[1]) locus deprauatus; apud Turoczium. „Senonensium populos exterminantes.“ [2]) illum Cod. [3]) communitatis. T.

Digitized by Google

rator, qui stabat in urbis propugnaculo cum coniuge sua, pro ingenti verecundia reputantes, auerterunt facies suas pergentes in palacium. Verumtamen cum hungari censum repetissent, pro quo certamen commissum fuerat et pugnatum, dum risum faceret grecorum imperator de censu postulato, recedentes hungari de obsidione ciuitatis depopulati sunt totam Greciam, haurientes ex ea aurum gemmas et armenta infinita, sicque ad propria sunt reuersi. Communitas itaque hungarorum cum suis capitaneis siue ducibus hec et alia huiusmodi usque ad tempora Toxun ducis gessisse perhibetur.

XXXV **Sanctus Stephanus primus rex hungarorum nascitur.**

(38) Porro Toxun genuit Geycham et Michaelem, Michael vero genuit caluum Ladizlaum et Vazul. Geycha vero diuino premonitus oraculo anno dominice incarnationis nongentesimo sexagesimo nono, quemadmodum in Legenda beati Stephani regis scriptum est, genuit S. Stephanum regem ex Sarolth filia Gyula. At rex Stephanus plures quidem genuit filios, sed inter alios habuit unum filium nomine Emericum deo amabilem et hominibus honorabilem, cuius memoria in benediccione est. Hic autem per inscrutabile diuini consilii iudicium raptus est de medio, ne malicia mutaret intellectum eius, et ne ficcio deciperet animum eius, quemadmodum de immatura morte scribitur in libro sapientie. Vt ergo acta ne agamus et exposita ne exponamus, quot et quantis virtutibus floruerit, et quam feruens in dei seruitio sanctus confessor Christi Emericus dux fuerit scribere supersedimus. Quisquis enim hoc scire voluerit, ex legenda eiusdem beatissimi confessoris plenam sanctissime conuersationis eius noticiam habere poterit. Nos ea potius, que ab aliis scriptoribus pretermissa sunt breuiter ac summatim scribere intendimus.

Digitized by Google

XXXVI. **Pugna sancti regis Stephani contra Cupan ducem.**

(39) Sanctus autem rex Stephanus iam pridem in adolescentia sua contra Cupan ducem fortem et potentem gessit bellum gloriosum. Erat autem Cupan filius calui Zyrind, qui etiam viuente Geycha duce patre sancti Stephani regis ducatum tenebat. Mortuo autem Geycha duce Cupan voluit matrem sancti Stephani regis sibi per incestuosum copulare connubium, et sanctum Stephanum occidere, ducatumque eius sue subdere potestati. Hic fuerat dux Symigiensis. Sanctus autem Stephanus conuocatis proceribus suis, per interuentum beatissimi Martini confessoris diuine misericordie implorauit auxilium. Postmodum vero congregato exercitu, perrexit obuiam hosti suo, et ad amnem Goron primitus accinctus est gladio, ibique ad custodiam corporalis salutis sue duos principes Hunt et Paznan constituit. Tocius autem exercitus sui principem et ductorem Vencilinum [1]) hospitem alamanum genere prefecit. Commisso itaque prelio inter utrumque diu et fortiter est dimicatum; sed diuine miserationis auxilio beatus Stephanus dux gloriosam obtinuit victoriam. In eodem prelio Vencilinus [2]) comes interfecit Cupan ducem, et largissimis beneficiis a beato Stephano tunc duce remuneratus est. Ipsum vero Cupan beatus Stephanus in quatuor partes fecit mactari: primam partem misit in portam Strigoniensem, secundam in Vesprimiensem, tertiam in Jauriensem, quartam in Erdelw. Beatus enim Stephanus dux votum quod tunc vouerat deo fideliter reddidit. Nam uniuersum populum in prouincia Cupan ducis degentem decimas liberorum, frugum ac pecorum suorum cenobio sancti Martini dare perpetuo iure decreuit. Predictus autem Vencellinus genuit Radi, Radi vero genuit Misca, Misca vero genuit Cupan et Martinum.

[1]) Vencellinum T. [2]) Welinus cod.

Digitized by Google

XXXVII. Sanctus rex Stephanus (40) pugnat cum Gyula duce Transiluano.

Porro beatus Stephanus postquam regie celsitudinis coronam diuinitus est adeptus, famosum et lucrosum bellum gessit contra auunculum suum nomine Gyulam, qui tunc temporis tocius ultra siluam regni gubernacula possidebat. Anno itaque domini M-o II-o beatus rex Stephanus cepit Gyulam ducem cum uxore et duobus filiis suis, et in Hungariam transmisit. Hoc autem ideo fecit, quia sepissime amonitus a beato rege Stephano, nec ad fidem Christi conuersus, nec ab inferenda hungaris iniuria conquieuit. Vniuersum vero regnum eius latissimum et opulentissimum, monarchie Hungarie adiunxit. Dicitur autem regnum illud hungarice Erdeelw, quod irrigatur plurimis fluuiis, in quorum arenis aurum colligitur, et aurum terre illius optimum est.

XXXVIII. Tercium bellum sancti regis Stephani contra Kean ducem.

(41) Post hec autem mouit exercitum super Kean ducem bulgarorum et sclauorum, que gentes loca naturali situ munitissima inhabitant. Unde etiam multis laboribus et bellicis sudoribus predictum ducem vix tandem deuicit et occidit, et inestimabilem copiam thezaurorum, et precipue in auro et gemmis ac pretiosis lapidibus accepit, et locauit ibi unum proauum suum nomine Zoltan, qui postea hereditauit illas[1]) partes transiluanas, et ideo vulgariter sic dici solet: Erdeelui[2]) Zoltan. Erat enim ille antiquissimus, qui vixerat usque tempora sancti regis, et ideo voluit ipsum esse super gentes opulentas. Ex hac itaque gaza multiplici sanctus rex Stephanus plurimum

[1]) istas T. [2]) Erdeelvi.

Digitized by Google

locupletatus, Albensem basilicam, quam ipse fundauerat aureis altaribus, crucibus quoque et calicibus indumentis etiam pon(42)tificalibus contextis auro purissimo et lapidibus preciosissimis copiauit ac ditauit. Vasa quoque ministratoria, et cetera utensilia eidem basilice necessaria: necnon et aliis ecclesiis dei regali donauit largitate. Inter cetera vero dedit eidem Albensi ecclesie quedam donaria sempiterne memorie digna, duo scilicet racionalia, quorum utrumque habebat oram contextam septuaginta quatuor marcis auri purissimi et lapidibus preciosis, que beatus Benedictus sancte romane ecclesie pontifex, ad preces sancti Stephani regis tante auctoritatis priuilegio insigniuit, ut quicunque in celebrando missam eis uteretur, legitime posset regem inungere, coronare, et gladio accingere. Et quia pecunia illius gyule fuit male acquisita, ideo ipsa ecclesia frequenter est passa incendium. In eadem autem ecclesia, ipsum auunculum suum cum tota familia sua absque velle compulit baptizari, sed postea[1]) honorifice tenuit sicut patrem. Regina vero Keisla, uxor sancti regis dictam ecclesiam aureis crucibus, fusoriis tabulis, calicibus gemmis et ornamentis ultra modum ditauit.

XXXIX. De edificatione templi per sanctum Stephanum regem in Veteri Buda pro canonicis.

Deinde sanctus rex venit in ciuitatem que Vetus Buda vocatur, una cum filio suo sancto Emerico et regina. Et cum ibi non inuenisset aliquod pium opus in Christo, in quo possit laudari creator omnium, statim sanctissimus rex de thezauro predicti Kean ducis bulgarorum et sclauorum, quem occiderat, cepit in medio ciuitatis edificare grande cenobium in honore apostolorum Pe(43)tri et Pauli, ditando illud multis prediis et simili libertate romane ecclesie fulciendo, in memoriam et honorem curie romane,

[1]) postmodum T.

Digitized by Google

quam corporaliter uisitarat.[1]) Dum igitur edificaretur, magistri lapicide de Grecia ducti erant et sanctissimus rex cum regina racione deuocionis ibidem degebant. Regina autem cruces tabulas et ornamenta procurabat. Quia vero illud grande opus inceptum multos annos conduxerat, ideo uiuente sancto Stephano rege illud cenobium non potuit consumari, sed uolente deo post multum temporis sanctissimus rex Ladizlaus nepos eiusdem beati Stephani, illud opus consumauit, ut scilicet possit adimplere votum proaui sui, sicut inferius plenius declarabitur. Consuetudo autem sancti regis Stephani maior ista fuit, quod omnes ecclesias quas ipse fundauerat, in quolibet anno adminus tribus vicibus uisitabat. Et dum ad ipsas ecclesias deuenisset, primo ad omnia altaria pergebat, et singulis singulas preces effundebat. Tandem exeundo totam ecclesiam illam circuibat, et fracturas siue scissuras parietum ac tectorum perspicacibus oculis et morose inspiciebat, et statim remeliorari procurabat, nec a loco illius ciuitatis aut uille recedebat, nisi prius vidisset renouari. Quo experto regina Keisla dum ad aliquas ecclesias in Hungaria deuenisset, omnes apparatus in domo domini existentes sibi presentari faciebat, et renouanda tam in sindone quam in bysso omni anno renouabat. Filius autem ipsorum beatus Emericus proprias vestes purpureas ante altare deponebat, pro altaribus induendis, sicut patet in ecclesiis regalibus usque modo. Pater vero sanctissimus bursam auream in lumbis gestabat refertam denariis puri argenti, et dum pauperes uidisset, mox ibi accedebat, et propriis manibus eis prouidebat. Et ideo dextera[2]) misericors est in corpore exterius coram oculis Hungarie, usque in hodiernum diem.

XL. **Incidencia.**

Anno domini M-o XX-o II-o in multis locis incendia multa et magna facta sunt, ingens etiam terre motus

[1]) visitavit. [2]) illa add. T.

Digitized by Google

contigit IIII-o Idus May decima hora (44) diei sexta feria post ascensionem domini. Quasi duo soles uisi sunt decimo Kalendas July.

XLI. De morte sanctissimi Emerici ducis et orbacione oculorum Vazul.

Postquam autem magnificauit dominus misericordiam suam cum beato rege Stephano, uertendo dorsa regum in fugam a facie gladii eius, et dominio eius principatus atque potestates subiiciendo omnium exterarum nacionum circumadiacencium, deliberauit sanctus rex Stephanus et firmiter statuit, ut omnibus pompis mundane glorie calcatis, et temporali regni dyademate deposito, solius dei seruicio semet ipsum manciparet et ab exterioribus curis expeditus, contemplatiuam uitam, tranquillam pacem perageret, coronam vero regie celsitudinis filio suo duci Emerico, sanctissimis moribus diuinitus instructo, se daturum disposuit. Erat enim beatus Emericus in primeuo adolescencie flore, supra communem naturam hominum diuino munere sublimatus, iusticia prudencia fortitudine temperancia sapiencia sciencia mansuetudine misericordia benignitate largitate humilitate et patientia armatus, ceterisque catholicis atque politicis virtutibus adornatus, similiter et sanctus Stephanus pater suus. Cum itaque sanctissimus pater sanctissimo filio curam administrationis, et gubernandi regni solicitudinem intenderet committere, beatus dux Emericus propria morte preuentus est. Fleuit autem eum sanctus rex Stephanus, et uniuersa Hungaria inconsolabiliter (45) planctu magno ualde. Tanta vero doloris acerbitate sanctus rex Stephanus exacerbatus, in grauissimam incidit infirmitatem, et post multos dies vix qualemcunque uite reparacionem recepit, sed pristine sanitati nunquam plene potuit restitui. Nam et pedum doloribus urgebatur, et tristicia ac gemitibus afficiebatur, presertim propterea, quia nullus uidebatur de consanguineis suis ydoneus ad hoc, ut eo mor-

Digitized by Google

tuo regnum in fide Christi conseruaret. Pronior etenim erat gens hungarica ritui paganismo inclinari, quam fidei christiane. Interim uero uiribus corporis cepit destitui, et languore grauissimo se grauatum senciens, misit festinanter nuncium, scilicet Budam filium Egiruch, qui Wazul patruelis sui filium, quem recluserat rex propter iuuenilem lasciuiam et stultitiam ut corrigeretur, de carcere Nitrie educeret, et ad se duceret, ut eum antequam moreretur, regem constitueret. Audiens autem hoc Keisla regina, iniit consilium cum Buda viro nephando. Et festinantissime misit nuncium nomine Sebus, filium ipsius Buda ad carcerem, in quo Vazul detinebatur. Sebus itaque preueniens nuncium regis, effodit oculos Vazul, et concauitates aurium eius plumbo obturauit, et recessit in Bohemiam. Post hunc autem ueniens nuncius regis, uidit Vazul oculis orbatum, in eisdem oculis[1]) vulneribus duxit ad regem. Quem sanctus rex Stephanus uidens tam miserabiliter destructum, in nimias erupit lacrymas, sed inpediente egritudinis molestia debitam penam malefactoribus inferre non potuit. Conuocatis itaque filiis calui Ladizlai patrui sui, scilicet Andrea Beela et Leuenta, consuluit eis, ut quanto citius possent fugerent, ut sic sibi salutem, et corporum suorum seruarent integritatem. Illi igitur salubri consilio sancti regis acquiescentes a facie malorum et dolorum in Bohemiam fugerunt.[2])

XLII. **Beatus rex Stephanus moritur et Albe tumulatur.**

(46) Beatus autem rex Stephanus sanctitate et gracia plenus XLVI-o anno regni sui, in festo assumpcionis beatissime Marie semper uirginis a presenti seculo nequam eripitur, et sanctorum angelorum consorcio adiungitur. Sepultus est autem in basilica Albensi, quam ipse in honore sanctissime genitricis dei semper uirginis Marie construxe-

[1]) oculorum. T. [2]) fugierunt.

Digitized by Google

rat, ubi multa signa et miracula fiunt interuenientibus meritis eiusdem sanctissimi regis Stephani ad laudem et gloriam domini nostri Jesu Christi, qui est benedictus in secula seculorum. Amen. Confestim quoque totius cythara Hungarie versa est in luctum, et omnis populus regni tam nobiles quam ignobiles, simul in unum diues et pauper planxerunt super mortem sanctissimi regis, piissimi patris pupillorum, lacrimis uberrimis et ululatibus plurimis. Juuenes et virgines pre tristitia et merore scalidis induti per triennium choream non duxerunt, et omne genus musicorum delinitiua, dulcisona siluerunt. Planxeruntque eum planctu cordis fidissimi,[1]) eratque planctus magnus et inconsolabilis. At regina Keysla cum Buda satellite scelerum, Petrum Alamanum vel pocius Venetum fratrem regine regem preficere statuerunt. Hoc intendentes, ut regina Keysla motus sue uoluntatis pro libitu suo posset complere, et regnum Hungarie amissa libertate teutonicis subderetur sine impedimento. Villelmus autem pater Petri regis, fuit frater Sigismundi regis burgundiorum, sed post interemptionem sancti Sigismundi uenerat ad imperatorem. Quem imperator collocauit Veneciis, et dederat ei sororem suam nomine Gertrud in uxorem, de qua genuit Keyslam reginam. Mortua autem Gertrud Villelmus duxit in uxorem sororem sancti regis Stephani, de qua genuit Petrum regem.

XLIII. **De seuicia Petri regis.**[2])

(47) Postquam autem Petrus factus est rex, omnem regie serenitatis benignitatem abiecit, et teutonico furore seuiens nobiles Hungarie aspernabatur, bona terre superbo oculo et insaciabili corde cum teutonicis belluina feritate rugientibus, et cum latinis yrundinum garrulitate murmurantibus deuorabat. Municiones presidia et castella teuto-

[1]) fidelissimi [2]) De seuitia et de insolentia petri regis. A.

Digitized by Google

tuo regnum in fide Christi conseruaret. Pronior etenim erat gens hungarica ritui paganismo inclinari, quam fidei christiane. Interim uero uiribus corporis cepit destitui, et languore grauissimo se grauatum senciens, misit festinanter nuncium, scilicet Budam filium Egiruch, qui Wazul patruelis sui filium, quem recluserat rex propter iuuenilem lasciuiam et stultitiam ut corrigeretur, de carcere Nitrie educeret, et ad se duceret, ut eum antequam moreretur, regem constitueret. Audiens autem hoc Keisla regina, iniit consilium cum Buda viro nephando. Et festinantissime misit nuncium nomine Sebus, filium ipsius Buda ad carcerem, in quo Vazul detinebatur. Sebus itaque preueniens nuncium regis, effodit oculos Vazul, et concauitates aurium eius plumbo obturauit, et recessit in Bohemiam. Post hunc autem ueniens nuncius regis, uidit Vazul oculis orbatum, in eisdem oculis[1]) vulneribus duxit ad regem. Quem sanctus rex Stephanus uidens tam miserabiliter destructum, in nimias erupit lacrymas, sed inpediente egritudinis molestia debitam penam malefactoribus inferre non potuit. Conuocatis itaque filiis calui Ladizlai patrui sui, scilicet Andrea Beela et Leuenta, consuluit eis, ut quanto citius possent fugerent, ut sic sibi salutem, et corporum suorum seruarent integritatem. Illi igitur salubri consilio sancti regis acquiescentes a facie malorum et dolorum in Bohemiam fugerunt.[2])

XLII. **Beatus rex Stephanus moritur et Albe tumulatur.**

(46) Beatus autem rex Stephanus sanctitate et gracia plenus XLVI-o anno regni sui, in festo assumpcionis beatissime Marie semper uirginis a presenti seculo nequam eripitur, et sanctorum angelorum consorcio adiungitur. Sepultus est autem in basilica Albensi, quam ipse in honore sanctissime genitricis dei semper uirginis Marie construxe-

[1]) oculorum. T. [2]) fugierunt.

Digitized by Google

rat, ubi multa signa et miracula fiunt interuenientibus meritis eiusdem sanctissimi regis Stephani ad laudem et gloriam domini nostri Jesu Christi, qui est benedictus in secula seculorum. Amen. Confestim quoque totius cythara Hungarie versa est in luctum, et omnis populus regni tam nobiles quam ignobiles, simul in unum diues et pauper planxerunt super mortem sanctissimi regis, piissimi patris pupillorum, lacrimis uberrimis et ululatibus plurimis. Juuenes et virgines pre tristitia et merore scalidis induti per triennium choream non duxerunt, et omne genus musicorum delinitiua, dulcisona siluerunt. Planxeruntque eum planctu cordis fidissimi,[1]) eratque planctus magnus et inconsolabilis. At regina Keysla cum Buda satellite scelerum, Petrum Alamanum vel pocius Venetum fratrem regine regem preficere statuerunt. Hoc intendentes, ut regina Keysla motus sue uoluntatis pro libitu suo posset complere, et regnum Hungarie amissa libertate teutonicis subderetur sine impedimento. Villelmus autem pater Petri regis, fuit frater Sigismundi regis burgundiorum, sed post interemptionem sancti Sigismundi uenerat ad imperatorem. Quem imperator collocauit Veneciis, et dederat ei sororem suam nomine Gertrud in uxorem, de qua genuit Keyslam reginam. Mortua autem Gertrud Villelmus duxit in uxorem sororem sancti regis Stephani, de qua genuit Petrum regem.

XLIII. **De seuicia Petri regis.**[2])

(47) Postquam autem Petrus factus est rex, omnem regie serenitatis benignitatem abiecit, et teutonico furore seuiens nobiles Hungarie aspernabatur, bona terre superbo oculo et insaciabili corde cum teutonicis belluina feritate rugientibus, et cum latinis yrundinum garrulitate murmurantibus deuorabat. Municiones presidia et castella teuto-

[1]) fidelissimi [2]) De seuitia et de insolentia petri regis. A.

Digitized by Google

nicis et latinis custodienda tradebat. Erat enim ipse Petrus nimium lasciuus, nullusque eo tempore tutus esse poterat de pudicicia uxoris sue vel filie seu sororis virginitate — [1]) insultus satellitum regis, qui eas impune uiolabant. Videntes igitur principes Vngarie mala gentis sue, que contra deum eis inferebantur, communicato consilio rogauerunt regem ut preciperet suis a tam detestabili opere desistere. Rex autem faustu [2]) superbie inflatus [3]), pestiferum preconcepti ueneni fetorem in propatulum effudit dicens. Si aliquamdiu sanus fuero, omnes iudices tam clarissimos et spectabiles, quam pedaneos centuriones [4]) ac uillicos, omnesque principes et potestates in regno Hungarie teutonicos constituam, et terram eius hospitibus [5]) implebo, et eam uniuersaliter in potestatem teutonicorum redigam. Et dicebat: hoc nomen Hungaria deriuatum est ab angaria, et ipsi debent angariari. Hec itaque fuerunt fomenta discordie inter Petrum regem et hungaros.

XLIV. **De fuga Petri, et de electione Abe.**

(48) Anno igitur regni Petri tercio principes hungarorum et milites consilio episcoporum conuenerunt aduersus Petrum regem, et solliciti querebant, si aliquem de regali progenie in regno tunc inuenire possent, qui ad gubernandum regnum esset [6]) ydoneus, et eos a tyrannide Petri liberaret. Cumque neminem talem in regno inuenire potuissent, elegerunt de semet ipsis quemdam comitem nomine Abam sororium sancti regis Stephani, et eum super se regem constituerunt. Aba vero congregato hungarorum exercitu, contra Petrum regem processit preliaturus. Petrus autem uidens se hungarorum auxilio destitutum,

---

[1]) propter A. T. [2]) fastu. [3]) ac furore, malitiam, quam in corde gerebat et in animo, cum toto ueneno effudit in patulo dicens. A. [4]) et decuriones. add. A. [5]) adimplebo, et dominium tradam teutonicis et alienis. Et dicebat. A. [6]) foret. T.

Digitized by Google

uehementer expauescens transfugit in Bauàriam Herrici regis teutonicorum adiutorium imploraturus. Petro itaque per fugam de manibus hungarorum elapso, ungari sceleratissimum Budam barbatum omnium malorum incentorem, cuius consilio Petrus Vngariam afflixerat, in frusta concidentes interfecerunt, et duorum filiorum suorum oculos effoderunt. Sebus autem qui oculos Vazul eruerat, confractis manibus et pedibus peremerunt. Quosdam vero lapidibus obruentes, alios autem in manganis ferreis uastantes occiderunt. Aba vero regali potestate sublimatus consecratus est in regem. Omnes autem constituciones et exacciones, quas Petrus rex secundum consuetudinem suam statuerat, Aba rex in irritum reuocauit. In hys autem rebus gerendis tres de principibus regni precipui fuerunt. Vnus uocabatur Wisce, secundus Toyzlau, tercius uero Pezli, qui libertatem gentis sue querebant, et regnum regali semini restituere fideliter nitebantur. In tertio uero anno regis Abe Petrus cum Herrico rege teutonicorum descendit cum exercitu magno contra Abam regem. Rex igitur Aba audiens Petrum ab hungaris derelictum et ab Herrico (49) rege teutonicorum benigne susceptum, anno domini M-o XL-o II-o misit nuncios ad Cesarem ut perquireret an inimicaretur ei pro eo quod Petrum de regno expulerat, an etiam pacem stabilem cum eo posset habere. Cui Cesar in respondendo se inimicum esse ostendit dicens: quia meos iniuriis lacessuit, quid uel quantum possum ipse sentiet. Rex Aba hys auditis intellexit, quod Cesar intenderet Petro regnum restituere. Inflammatus ira, congregato exercitu magno inuasit Austriam et Bauariam, et ex utraque parte Danubii fluminis bipertitis alis pugnatorum fortium, percussit eos in ore gladii. Tulit itaque spolia eorum, et plurimos captiuos ex eis secum trahens a flumine quod vocatur Traysama, pertransiuit captiuando usque ciuitatem Tulnam, in qua pernoctauit. Factum est autem hoc secunda feria [1])

[1]) LX-e add. A.

Digitized by Google

a crepusculo usque[1]) noctem. Mane autem facto cum innumerabili multitudine captiuorum in Hungariam reuersi sunt gaudentes. Post hec misit bellatores fortes in Karinthiam, qui plurimos captiuos receperunt, et in Hungariam redierunt. Gothfridus autem Austrie marchio circa Petouiam insultum faciens super eos eorum spolia fertur abstulisse. Tunc enim Austria non duces, sed habebat marchiones. Eo autem tempore Cesar pasca domini Colonie celebrauit, et cum principibus suis consiliatus est, qualiter regno suo iniuste illatam ab hungaris iniuriam deberet uindicare. Qui concorditer consuluerunt ei, ut hungaros, qui sine causa regnum suum hostiliter irruperant armis inuaderet, et captiuos suos ab eorum seruitute liberaret. Mouit itaque expedicionem ingentem, et consilio Baratzlai[2]) ducis Bohemorum ex aquilonari parte Danubii uenit ad confinium Hungarie. Legati vero hungarorum promiserunt Cesari, quod hungari in omnibus starent ad mandatum eius, nisi quia Petrum in regem non susciperent, quod tamen Cesar summo opere perficere affectabat. Obligatus enim erat Petro[3]) promissione, quod ei regnum restitueret. Hungari uero null(50)atenus consenserunt, et missis muneribus, data quoque fide, quod captiuos teutonicorum abire permitterent, Cesar rediit festinanter contra insultus Gothfridi ducis Lotoringorum, filii ducis Gozzilonis.

XLV. **Aduentus Cesaris in Hungariam contra Abam.**[4])

Sequenti anno Aba rex missis legatis ad Cesarem, que pacis sunt querebat, promittens captiuorum dimissionem, quos habebat. Eorum autem quos reddere non poterat, condignam compensacionem. Cesar uero noluit conponere, donec in Bauariam ueniret, ut qui per hungaros iniuste lesi fuerant, conposicioni pacis interessent Venit

---

[1]) ad. add. A et T. [2]) Vratizlai. T. [3]) sacramento. add. A [4]) De aduentu Cesaris in hungariam secundario. A.

Digitized by Google

ergo Cesar ad terminos Hungarie, et in crastinum expugnare disposuit obstacula, quibus hungari fluuium Rabcha concluserant. Interim uero a legatis Abe regis rogatus est Cesar, ut competentem terminum figeret, in quo omnes captiuos ei remitteret, et donaria insuper ei donaret. Cesar itaque allectus muneribus, et aliis grauioribus negotiis prepeditus (51) rediit Bizancium quod est oppidum Burgundie. Exhinc itaque rex Aba securitate accepta factus est insolens, et cepit crudeliter seuire in ungaros. Arbitrabatur enim, ut omnia communia essent dominis cum seruis, sed et iusiurandum uiolasse pro nichilo reputabat. Nobiles enim regni contempnens, habens semper cum rusticis et ignobilibus commune. Hungari uero nobiles nolentes ei id sustinere, exacerbacionem eius moleste ferentes conspirauerunt, et coniurauerunt, ut ipsum occiderent. Quidam autem ex ipsis notificauit regi in necem eius coniuratos, ex quibus eos quos potuit captos fecit interfici, sine iudicii examine, quod in magnum detrimentum regis uersum est. Cum enim rex quadragesimam Chanadini celebraret, in eadem quadragesima circiter quinquaginta uiros nobiles sub pretextu consiliandi in quadam domo conclusit, et ab armatis militibus fecit eos obtruncari nec contritos nec confessos. Vnde beatus Gerardus Chanadiensis episcopus canonica seueritate regem corripuit, et sibi periculum imminere predixit. Quidam itaque ex coniuratis propter hoc magis incitati fugientes uenerunt ad Cesarem, et oblocuti sunt contra Abam dicentes: Quod pro nichilo iuramentum reputaret, nobilesque qui eum regem super se constituerant contempneret, et cum rusticis ignobilibus ederet equitaret et continue loqueretur. Quibus dixit imperator: Ista enim consuetudo non est nobilis hominis, sed eius oppositi. Ipsum ergo Cesarem efficaciter instigauerunt, ut super Abam regem iniuriam vindicaret, quia nec captiuos suos remiserat, sicut Cesari iurauerat, nec illata damna resarciret. Cesar itaque animatus instigacionibus hungarorum, cum exercitu Norico et Bohemico et

Digitized by Google

Flangribus aulicorum suorum venit in marchiam Austrie, dissimulans se intraturum in Hungariam, simulans autem se pactum ab Aba rege exacturum, et reuersurum. Tunc legati Abe regis uenientes ad Cesarem repetebant hungaros qui ad Cesarem fugerant, conquerentes et dicentes: quod ipsi essent predones et latrunculi regni Hungarie, et precipui incentores guerrarum et discordie inter hungaros et Cesarem (52), qui Cesari fideliter obsequerentur: ideoque huiusmodi seminatores discordie tradi oportere in manus Abe regis hungarorum. Quod Cesar nullo modo se facturum respondit. Concitato itaque[1]) inuasit fines Hungarie intrans per Supronium, et cum vellet per Bobuth Rabcha pertransire, fluuium Rabcha stagnantibus aquis et densissimis nemoribus et scaturientibus paludibus impermeabilem transire non potuit. Hungari ergo qui erant cum Cesare et Petro rege duxerunt exercitum tota nocte equitantes sursum iuxta fluuios Raba et Rabcha, quos illucescente sole facili vado transierunt. Occurrit autem ei Aba rex in Menfew iuxta Jaurinum cum magna multitudine armatorum, nimium presumens de uictoria, quia Bauari quidam intimauerant ei quod Cesar cum paucis super eum ueniret. Et ut dicitur Aba rex uictoriam habuisset, nisi quia hungari quidam amiciciam Petro regi reseruantes super terram sua vexilla proiecissent et fugissent. Tradunt autem teutonici, quod cum ad prelium appropinquassent, cum celesti signo nebula tenuis apparuit, turboque vehemens diuinitus incitatus terribilem puluerem obtutibus ingessit ungarorum, quos iam pridem ut dicitur, quia Petrum suum regem dehonestauerunt, dominus apostolicus anathemate dampnauerat feriendo. Commisso igitur prelio inter utrumque diu et acriter pugnatum est, sed tandem Cesar diuino fretus auxilio felicem obtinuit uictoriam. Aba uero rex deuictus fugit uersus Tysciam et (in) uilla quadam in scoobe[2]) ueteri ab hungaris, quibus regnans nocu-

[1]) cursu. add. T. [2]) scrobe.

Digitized by Google

erat, crudeliter iugulatur. Cuius quidem corpus est sepultum in ecclesia que fuerat prope ipsam uillam. Post aliquos autem annos, cum esset effossum de sepulchro, sudarium et ipsius uestimenta inuenerunt incorrupta, et loca uulnerum resanata. Tandem sepelierunt corpus in proprio monasterio in Sarus. Cesar autem reuersus ad castra ante sacrosanctum lignum salutifere crucis se humiliter ac deuote prostrauit, discalceatus pedes, cilicio ad carnem indutus, una cum omni populo suo misericordiam dei glorificauit, quod ipsum illo die liberauit de manibus hungarorum. Ex teutonicis illo die in loco ipso infinita corruit multitudo. Itaque idem locus usque hodie Fer(53)lorum payer, in lingua eorum, in lingua autem nostra Westnempti nominatur. Ob fetorem namque mortuorum per duos menses homo non poterat bono modo per partes illas pertransire, sagittarii enim occiderant eos. Interea hungari congregati supplices uenerunt ad Cesarem veniam et misericordiam implorantes. Quos Cesar placido vultu et benigne suscipiens, quod rogabant concessit. Indeque cum omni multitudine sua Albam venit que teutonice Veyzinburg dicitur, que est principalis sedes regni Hungarie. Ibi ergo Cesar imperiali honore et latissimo preparatu ab ungaris honoratus, Petrum regem regali corone plenarie restitutum, et sacris insignibus sancti regis Stephani more regio decoratum, in regali throno manu sua deducens, in basilica gloriose genitricis dei semper virginis Marie regaliter sedere fecit, et ibidem regem hungaris, et hungaros regi reconciliauit. Concessitque petentibus ungaris hungarica scita seruare, et consuetudinibus iudicari. Hys itaque taliter ordinatis Cesar Petro rege cum presidio suorum in Hungaria relicto, cum optata prosperitate Ratisponam rediit.

XLVI. **De reuersione imperatoris in Hungariam.**

Sequenti vero anno reuersus est Cesar in Hungariam, cui Petrus rex in ipsa sancta sollempnitate regnum

Digitized by Google

Hungarie cum deaurata lancea tradidit coram hungaris simul et teutonicis. Multis eciam insuper et magnificis muneribus Cesar honorificatus a rege, ad propria rediit cum gloria. Interea Endre et Bela et Leuente, qui fugerant in Bohemiam, inde propter paupertatis inopiam transierunt in Poloniam, et a Misca duce Polonie benigne sunt susceptі, et honorati. Tunc vero Pomorani annuas pensiones duci Polonorum cui tenebantur, reddere recusarunt. Dux vero censum sibi debitum a Pomoranis armata manu cepit exigere. Pomoranis itaque paganis et polonis christianis communiter (54) placuit, ut duces eorum duello confligerent, et si caderet deuictus pomoranus, consuetam persolueret pensionem; si vero polonus, tantummodo dampna fleret. Cum igitur Misca dux et filii eius horrerent duellum assumere inpositum, Bela seipsum per uerbum interpretis in medium introducens, sic dicebat: Si vobis polonis et domino duci placet, quamuis sim nobilior quam paganus ille, tamen pugnabo pro regni uestri commodo et honore ducis. Placuit itaque tam pomorano[1]) et polonis. Cumque armati cum lancea se uinxissent,[2]) tam uiriliter pomoranum fertur Bela de suo dextrario detrusisse, ut de loco suo se mouere non potuit, et gladio perfossum prostrauit. Confessusque est ipse dux pomoranus se culpabilem. Quo viso pomorani duci Polonie humiliter subditi solitum tributum sine contradiccione persoluerunt. Dux vero inde reuertens cum uictoria per Belam aquisita, audaciam et potentiam ualoris in Bela duce collaudans, cum toto censu pomoranico ei tradidit filiam suam in uxorem, et uniuersa que sibi necessaria fuerant[3]) sufficienter et copiose ministrari precepit, et eum in omnibus honoratum in ducatu suo tenuit, ac bona quantitate de terra eundem hereditare non omisit.

---

[1]) quam duci. add. A. [2]) iunxissent. A. [3]) forent T.

Digitized by Google

XLVII. De Bela duce Benyn dicto.[1])

Bela vera dux ipse in Polonia duos genuit filios, quorum unus Geysa, alter autem Ladizlaus nomine aui sui est uocatus. Displicuit autem Endre et Leuente quod per Belam apud ducem Polonie quasi appendices degerent, dedignatique sunt occasione sui nominis in ducis curia permanere. Et accepta a duce licentia, Bela fratre suo ibidem relicto, euntes iuerunt ad regem Lodomerie, qui ipsos non recepit. Cumque non haberent ubi caput suum reclinarent, abinde ad cumanos perrexerunt. Videntes autem ipsos cumani optime personatos, arbitrati sunt, ut eorum terram aduenissent explorare. Et nisi captiuus hungarus illos cognouisset re uera occidissent; et sic postmodum aliquo tempore ipsos tenuerunt. Abhinc postea in Rusciam sunt profecti. Eo tempore quidam magnates Hungarie desolacionem regni gementes et liberacionem Hungarie a tyrannide Petri cupientes, Endre Bele et Leuente, qui de genere sancti Stephani regis progeniti erant, intemeratam fidelitatem seruabant, et eis per nuncios bona que habere poterant mittendo, fideliter seruiebant. Erant autem isti magnates Visca Bua et Buhna, et alii eorundem cognati qui semper cum suspiriis et gemitibus expectabant opportunum tempus, quando Andream Belam et Leuentam possent reducere in Hungariam, et regnum generi sancti Stephani regis qui eos dilexerat et exaltauerat, omnibus uiribus suis restituere laborabant. Petrus vero rex per potestatem regis teutonicorum elatus, non iam regnabat sed potius tyrannidis sue crudelitate Hungariam deprimendo flagellabat. Quibusdam autem perfidis Buda scilicet et Deuecher suggerentibus, audiuit Petrus, quod predicti nobiles Hungarie scilicet Visca Bua et Buhna et eorum cognati cogitabant, qualiter regnum regio semini possent restituere, et An-

[1]) De beela duce patre sancti Ladizlai. A.

Digitized by Google

dream Belam atque Leuentam contra Petrum regem in regnum reducere. Petrus uero rex uehementi furore succensus fecit eos conprehendi, et in eculeo suspensos interfici, quosdam autem effossis oculis tormentari. Et totam Hungariam tam magnis afflixit angustiis, ut magis eligerent mori, quam ita miserabiliter uiuere. Tunc nobiles Hungarie uidentes mala gentis sue, in Chanad in unum conuenerunt consilioque habito tocius Hungarie nuncios miserunt sollempnes in Rusciam ad Andream et Leuentam, dicentes eis: quod tota Hungaria eos fideliter expectaret, et uniuersum regnum eis, sicut regali semini libenter obsequeretur, tantummodo ipsi in Hungariam descenderent, et eos a furore teutonicorum defenderent. Hoc etiam eis iuramento firmauerunt, quod statim ut ipsi in Vngariam introirent, omnes hungari unanimiter ad ipsos confluerent, et eorum dominio(56)se subderent. Endre uero et Leuente timentes palliatas insidias clanculo miserunt nuncios in hungariam. Cum autem venissent ad Nouum castrum, quod rex Aba construxerat, ecce uniuersa multitudo hungarorum cateruatim confluxit ad ipsos, et instinctu dyabolico inflammati peruicaciter petierunt ab Endre et Leuente, quod permitterent uniuersum populum ritu paganorum uiuere, episcopos et clericos occidere, ecclesias destruere, christianam fidem abicere, et ydola colere. Permiseruntque eos secundum desideria cordis eorum, ut irent et perirent in adinuencionibus antiquorum patrum suorum, aliter enim non pugnabant contra Petrum regem pro Endre et Leuente. Primus autem inter hungaros nomine Vatha de castro Belus dedicauit se demoniis radens caput suum, et cincinos dimittens sibi per tres partes ritu paganorum. Cuius filius nomine Janus, multo postmodum tempore ritum patris sequendo congregauit ad se multos magos et phitonissas, et aruspices, per quorum incantaciones ualde graciosus erat apud dominos. De multis autem deabus suis una nomine Rasdi capta fuit a christianissimo rege Bela, et tamdiu in carcere fuit reclusa, do-

Digitized by Google

nec recomederet pedes proprios, ibidemque moreretur. Est autem scriptum in antiquis libris de gestis hungarorum, quod omnino prohibitum erat christianis uxorem ducere de consanguineis Vatha et Janus, qui sicut Dathan et Abyron in ueteri lege sedicionem mouerunt contra dominum, sic et isti tempore gracie ungaricum populum a fide Christi auerterunt. Tunc itaque detestabili et execrabili amonicione illius Vathe omnes populi libauerunt se demoniis, et ceperunt comedere equinas pulpas, et omnino pessimas facere culpas. Tam quippe clericos quam laicos catholice fidei seruatores interfecerunt, et quamplures ecclesias dei destruxerunt. Deinde contra Petrum regem rebellantes uniuersos teutonicos et latinos qui in officiis diuersis prefecti per Hungariam sparsi fuerant, turpi neci tradiderunt. Mittentesque in Petri castra in equis uelocissimis nocte tres precones (57) qui deberent proclamare edictum et uerbum dei Endree et Leuente, ut episcopi cum clero sint necati, decimator trucidetur, tradicio resumatur paganisma, penitus abolenda sint collecta cum suis teutonicis et latinis, Petri pereat memoria in eternum et ultra. Mane igitur facto sciscitatus est rex rei factum, et certissime experiens, quod isti fratres redissent, eorumque intuitu sui prefecti per hungaros fuissent trucidati, non se ostendit perterritum de rumoribus, sed letum se demonstrans, et suo castro de loco remutato transiuit Danubium in Sytiaten[1]) Albam cupiens introire. Hungari autem prescientes eius uelle preuenerunt occupantes campanilia et turres ciuitatis, et seratis ianuis illum excluserunt.*) Inter hec autem Endre et Leuente cum eadem multitudine procedentes per medium Hungarie appropinquauerunt ad portum qui uulgo dicitur Pesth Quo audito Gerardus Bostricus[2]) Buldi et Benetha episcopi et Zonunc comes de ciuitate Alba egressi sunt obuiam Endre et Leuente ducibus, ut

[1]) Situatu. [2]) Bestricus. T. qui male Boztrus legit in Codice.
*) nouum caput: De martirizatione beati Gerardi. A.

Digitized by Google

eos honorifice susciperent. Cumque festinanter predicti episcopi ad locum uenissent qui dicitur Gyod, ibi in ecclesia sancte Sabine, priusquam ad dominos irent missam audire uoluerunt. Beatus itaque Gerardus episcopus sacerdotalibus uestibus ad celebrandam missam indutus, exortacionis gracia locutus est eis dicens: Fratres et coepiscopi mei et omnes alii fideles qui adestis, scitote nos hodie ad dominum Jesum Christum cum corona martirii in eterna gaudia peruenturos. Ego enim notum facio uobis archanum dei quod michi in hac nocte reuelatum est. Vidi enim dominum nostrum Jesum Christum in pluteo sanctissime matris sue semper uirginis Marie sedentem, nobisque ad se uocatis de manu sua corporis et sanguinis sui eucharistiam communicantem. Beneta uero episcopus cum ad eum accessisset, retraxit ei Christus eucharistiam. Vnde ipse hodie martirii nostri consortio priuabitur. Post hoc autem beatus Gerardus admonuit eos ut confiterentur alterutrum peccata sua, et audita missa orationi iucumbentes, et certa spe eterne beatitudinis per martirium adipiscende letificati, omnes communicauerunt. (58) Deinde perrexerunt per iter uersus portum Danubii in Pesth. Beatus autem Gerardus episcopus cum esset breuis statura, omnesque uires suas in seruicio dei funditus consumpsisset, currus subueccione utebatur. Cumque ad predictum portum uenisset, ecce uiri impii, scilicet Vatha et complices sui, demonibus pleni, quibus se ipsos dedicauerant, irruerunt in episcopos, et in omnes socios eorum, et lapidibus eos obruebant. Beatus autem Gerardus episcopus eos qui se lapidabant, indesinenter crucis signo insigniebat. At illi hoc uiso multo magis seuientes impetum fecerunt in eum, et euerterunt currum eius in rippam Danubii, ibique abstracto eo de curru eius, in biga positum de monte Kelenfeld submiserunt,*) et dum adhuc palpitaret in pectore lancea percussus, ac deinde super unum lapidem contri-

*) T „submerserunt“ legit in cod. sed non ita est.

Digitized by Google

uerunt cerebrum eius, sicque gloriosus martir Christi ab erumpnis mundi huius ad eternam beatitudinem transiit. Danubius sepe redundans super molem lapidis, in qua contritum est caput sancti Gerardi, non potuit sanguinem diluere per septem annos, donec recoligatus est a sacerdotibus. Et lapis ille nunc est Chanadini in superficie sui altaris. Nunc in eodem loco ubi contritum est caput eius, in honorem beati Gerardi martiris ecclesia sub monte apparet fabricata. Hic siquidem Gerardus monachus de Rosacio nacione Wenetensis, qui in Pannoniam ueniens primus in Beel uitam ducens heremiticam, tandem in Chanadiensem cathedram in episcopum est translatus. Buldi quoque episcopus lapidibus obrutus transiit ad gloriam. Beztricus autem et Beneta cum transissent Danubium nauigio ad Endre et Leuente, heretici qui in ulteriore litore erant Veztricum episcopum uulnerauerunt, qui tertia die postmodum mortuus est. Endre autem dux interim superueniens Benetam episcopum a manibus eorum liberauit, et sic prophecia sancti Gerardi impleta est. Omnes enim preter Benetam martirizati sunt. Zonuk quoque comes super dextrarium suum Danubio insiliens natabat, quem in naui ueniens quidam nomine Murthmur leuauit (59) in nauim, ut eum a morte liberaret. Erat enim iste Murthmur baptizatus a comite Zonuk. Qui cum predictum comitem saluare uellet, ceperunt ei heretici mortem comminare, nisi ipse Zonuk comitem interficeret. Quorum minas Murthmir metuens, ipsum comitem in naui gladio interemit. Tanta ergo multitudo clericorum et laicorum pro Christi fide eadem die martirium pertulit, ut eorum numerus deo tantum et angelis est cognitus.

XLVIII. **De morte Petri regis.**

Petrus autem rex uidens hungaros unanimiter adhesisse ducibus Endre et Leuente, ipse cum suis teutonicis fugam iniit uersus Musun, ut abinde in Austriam per-

Digitized by Google

transiret, sed euadere non potuit. Interim enim hungari portas et exitus regni primo occupauerunt, sed et legatus ducis Endre reuocauit Petrum regem sub pretextu pacis et honoris sibi congrui. Qui credens ei reuertebatur ut dicitur. Sed maxime coacte, quia exercitum sibi iam absconditum cognouerat, et uolebat reuerti festinanter in Albam. Qui cum diuertisset in villam Zamur, predictus legatus insidiis voluit eum capere, et uinctum ad Endre ducem ducere. Petrus autem prenoscens hoc collegit se in quandam curiam, et per triduum uiriliter dimicando semet ipsum defendebat. Tandem milites eius omnes a sagittariis sunt interempti, ipse uero viuus captus est, et obcecatus, Albamque ductus, pre nimio dolore uitam in breui finiuit. Sepultusque est Quinqueecclesiis,. quam ipse fundauerat in honore beati Petri apostoli, anno regni sui secunda vice tercio.

XLIX. **Rex Andreas per hungaros coronatur.***)

(60) Porro dux Andreas a perturbacionibus hostium securus effectus in regia ciuitate Alba, regalem coronam est adeptus. A tribus tantum episcopis, qui in illa magna strage christianorum euaserant, coronatus est anno domini M-o XLVII-o. Precepit itaque uniuerse genti sue sub pena capitalis sentencie, ut deposito ritu paganismo prius eis concesso, ad ueram Christi fidem reuerterentur, et in omnibus secundum legem illam uiuerent, quam sanctus rex Stephanus eos docuerat. Leuente uero in eisdem diebus mortuus est; qui si diutius vixisset et regni potestatem obtinuisset sine dubio totam Hungariam paganisma ydolatria corrupisset. Et quia ipse Leuente catholice non uixit, ideo circa uillam Toxun ultra Danubium est sepultus, ubi iacere dicitur Toxun auus suus more paganismo. Tradunt quidam istos tres fratres filios fuisse Vazul ducis ex

*) De coronatione primi Andree regis Vngarie. A.

Digitized by Google

quadam puella de genere Tatun, et non de vero thoro ortos esse, et ob hanc coniunccionem illos de Tatun nobilitatem accepisse. Falsum pro certo est, et pessime enarratum. Absque hoc namque sunt nobiles; quia isti filii sunt calui Ladizlai, qui uxorem de Ruthenia dicitur accepisse, ex qua tres isti fratres generantur. Iste quidem rex albus Andreas et catholicus est uocatus. Tribus enim annis Polonos Bohemos et Australes hungaris suis armis fecit censuales.

Rex autem hic Andreas fratre orbatus misit in Poloniam ad alterum fratrem suum Belam, cum magna dileccione vocans eum et dicens: nos qui quondam penurie participes fuimus et laborum, rogo te dilectissime frater, ut ad me non tardes uenire, quatenus consortes simus gaudiorum, et bonis regni corporali presencia gaudentes communicemus. Neque enim heredem habeo, nec germanum preter te. Tu sis michi heres, tu in reg(61)num succedas. Hys itaque uerbis Bela adlinitus, cum omni familia sua uenit ad regem. Quem rex uidens gauisus est gaudio magno ualde, quia fraterno fulcitus est robore. Post hec autem rex et frater eius Bela habito consilio diuiserunt regnum in tres partes, quarum due in proprietatem regie maiestatis seu potestatis manserunt, tertia uero pars in proprietatem ducis est collata. Hec igitur prima regni huius diuisio seminarium fuit discordie et guerrarum inter duces et reges Hungarie. Eo tempore rex Andreas iuxta lacum Balatun construxit monasterium in honore sancti Aniani, in loco qui dicitur Tyhon. Duxit autem sibi uxorem filiam ducis Ruthenorum, de qua genuit Salomonem et Dauid. De concubina autem quam habuit de uilla Moroth genuit Georgium. Porro dux Bela in Polonia genuit liberos Geysam[1]) et Ladizlaum. In Hungaria autem genuit Lampertum et filias. Viuebantque rex et dux in magna pacis tranquillitate.

[1]) Geyzam.

Digitized by Google

L. **De rege Theutonicorum.***)

Eo tempore teutonicorum rex cum magno exercitu obsedit castrum Poson, uolens iniuriam Petri uindicare, et Hungariam suo dominio subiugare. Extruxit autem multas machinas bellicas ad pugnandum[1]) castrum, et per octo ebdomadas obsidendo nichil profecit. Venerat enim predictus rex nauigio ad obsidendum castrum Poson. Tunc hungari qui in castro erant natatorie prudentissimum inuenerunt hominem nomine Zothmund, quem noctis in silentio ad naues imperatoris miserunt, qui sub aqua veniens omnes naues perforauit, que subito aqua plene facte sunt, et potencia teutonicorum contrita est, et sic effeminati, eneruatique viribus reuersi sunt ad propria. (62) Multi enim milites erant in Poson, sed precipui erant inter eos Woytech, Endre, Vylunpard, Vrosa et Martinus, qui cottidie cum teutonicis dimicabant acriter.

Sequenti vero anno Cesar cum magna multitudine bellatorum ob easdem causas uenit in Hungariam iuxta fontes riuorum Zala et Zelice. Sed et naues uictuales oneratas per Danubium misit in Hungariam, prefecitque eis episcopum Gebarth fratrem.[2]) Hys auditis Andreas rex et dux Bela omnes aceruos segetum et tirsos herbarum igne combusserunt, habitatoresque cum uniuersis animalibus eorum de partibus illis per quas Cesar erat transiturus procul abduxerunt. Cumque Cesar intrasset ad Hungariam, et uenisset in regiones conbustas; neque militibus suis inuenire potuit uictualia, nec equis; et nesciebat ubi naues eius essent, nullumque subsidium ex eis poterat habere. Transiens autem siluas, appropinquauit montibus Bodohot, omnium uictualium penuria laborans. Interea autem Gebarth episcopus uenit in Geurinum, et mittens

[1]) oppugnandum. [2]) suum add. T.

*) De tertio aduentu imperatoris. A.

Digitized by Google

epistolam ad Herricum Cesarem sciscitabatur ab eo, ubi deberet ipsum expectare. Is autem qui ferebat litteram deo sic uolente captus est a latrunculis Andree regis, et ad eum ductus. Cumque Nicolao episcopo interpretante tenorem litterarum percepissent, rescripserunt episcopo Gebarth litteras, quas per quendam hospitem eidem miserunt. Ille autem simulans se a Cesare missum, obtulit litteras Gebarth episcopo talia continentes: Noueris optime Gebarth episcope; quod magna et ardua negotia nostri imperii nos ab Hungaria in Teutoniam ire conpellunt; nam inimici nostri imperium nostrum hostiliter occuparunt. Ergo age festina, et destructis nauibus quam cicius poteris nobis Ratispone occurras. Nec enim tibi tutum est amplius in Hungaria commorari. Hys itaque cognitis[1]) Gebarth episcopus festinanter fugit in Teutoniam. Cesar igitur spe sustentationis quam a nauibus expectabat frustratus, ad mortem incepit egere, similiter et uniuersus exercitus eius cum equis et subuectoribus miserabiliter fama periclitabantur. Insuper etiam hungari et bisseni sin(63)gulis noctibus acriter eos infestabant, toxicatis sagittis eos interficiendo, et funes extendentes inter papiliones[2]) eorum, quamplures aliqua seruicia facientes rapiebant. Pre timore autem imbrium sagittarum, quibus teutonici compluebantur et consumebantur, fodiebant sibi terram, et desuper insertis clipeis etiam viui cum mortuis iacebant in sepulchris. Nam sepulchrum quod mortuo fodiebatur[3]) viuus iacebat in eo de nocte, et quod viuo fodiebatur pro nocte, mortuus sibi uendicabat de die. Cesar ergo videns tot et tantis periculis se esse perplexum, misit ad Andream regem et Belam ducem, rogans perpetue pacis firmitatem. Dicebat enim, quod si rex Andreas securum ei iter preberet ad reuertendum, et exercitui suo fame oppresso subsidia uite largiretur, ipse nunquam Andree regi et successoribus eius inimicaretur, et nunquam ammodo regem hungarorum dictis vel factis aut

[1]) cognatis. Cod. [2]) pampiliones. Cod. [3]) in die. add. T.

Digitized by Google

consilio ledere attemptaret. Sed etiam siquis de successoribus suis ad debellandum Hungariam arma moueret, indignacionem omnipotentis dei incurreret, et perpetuo eius anathemati subiaceret. Filiam quoque suam Sophiam nomine Salomoni filio regis Andree daret in uxorem, quam primitus filio regis Francie cum maximo dederat sacramento, propter perpetue pacis federa firmius roboranda. Hic autem omnia fideliter seruaturum iusiurandi religione interposita confirmabat. Rex itaque Andreas et dux Bela, magis amatores pacis quam discordie seminatores esse uolentes, pacem cum Cesare conposuerunt. Cesar autem in propria persona sua iureiurando confirmauit omnia que dixerat fideliter facturum. Tunc rex Andreas solita regum [1]) Hungarie largitate utendo misit Cesari quinquaginta corpora immensorum usonum, [2]) et duo millia lardorum, mille tauros ingentes. De panibus autem plus quam secum ferre poterant. Oues quoque et boues seu pecudes pascuales, et uini copiam supereffluentem. Plurimi eciam teutonicorum de immoderata ciborum ingestione [3]) et potus ingurgitacione crapulati et infusi mortui sunt. Residui vero a faucibus mortis miseracione hungarorum liberati, relictis tentoriis et clipeis, et uniuersis supellectilibus suis abiectis adeo concitato cursu in Teutoniam redire (64) properarunt, quod nec retro prospicerent. Ex hoc autem euentu locus ille unde teutonici tam turpiter dedecorati abiectis clipeis fugerunt usque hodie Werteshege nuncupatur.

LI. De coronacione Salomonis patre suo Andrea rege adhuc viuente.

Postquam autem Cesar Herricus cum tanto dedecore fugit in terram suam de Vngaria, rex Andreas mittens ad eum legatos petiuit ab eo ut Sophiam filiam suam Salomoni filio suo matrimonio copulandam ut promiserat

---

[1]) regem. Cod. [2]) husonum. T. [3]) gestione. Cod.

Digitized by Google

concederet. Cesar autem quemadmodum iureiurando promiserat fideliter compleuit. Regalibus itaque nuptiis iuxta fluuium Morua celebratis, et federibus pacis firmiter roboratis Cesar et rex cum gaudio sunt reuersi. At rex Andreas post hoc cito incidit in paralisim, et tam niuali quam estiuali tempore super traham ferebatur. Post mortem itaque sancti regis Stephani transacti sunt anni undecim, menses quatuor, usque ad annum primum imperii Andree regis. Interea uero Petrus teutonicus uel uerius Venetus primo et secundo regnauit annis quinque et dimidio. Aba vero regnauit annis tribus.*) Quia vero carnalis amor et consanguineitatis affectio solet impedire ueritatem, uicit amor filialis in Andrea rege iusticiam, et rupto federe sue promissionis, quod in regibus esse non deberet, filium suum Salomonem infantulum adhuc quinque annorum super totam Hungariam anno imperii sui duodecimo confectus senio in regem fecit inungi et coronari. Simulabat enim quod pro perdicione[1]) regni hoc faceret, quia imperator filiam suam filio suo Salomoni non dedisset si non eum coronaret. Cum autem in coronacione Salomonis canerent: Esto dominus fratrum tuorum; et hoc per interpretem Bele duci innotuisset, quod Salomon infantulus sibi dominus constitueretur, grauiter est indignatus. Dicunt alii quod (65) Bela duce et filiis eius Geycha scilicet et Ladizlao cunctisque regni optimatibus consencientibus Salomon unctus esset in regem,[2]) postmodum seminatoribus discordie instigantibus odium ortum est inter eos. Susurratores enim, quales nostris temporibus complacent, precipue suggerebant regi, non posse regnare Salomonem, nisi fratre suo Bela extincto. Ab alia vero parte duci Bele persuadebant, quod tempus oportunum esset regnum acquirere, dum Salomon puerulus esset, et pater eius senio confectus ac ualetudinarius. Venerunt itaque rex et dux in Varkun.

[1]) pace. T. [2]) sed add. T.

*) novum caput: De coronacione Salomonis regis. A.

Digitized by Google

Rex autem cognoscebat, quod filius suus absque voluntate ducis post obitum suum regnare non posset. Vocauit ad consilium suum duos fideles suos, cum quibus consilium iniit dicens: Volo attemptare ducem et[1]) duobus interrogare; si vult habere coronam uel ducatum. Fecitque rex ei coronam iacere ante se super rubeum stramentum, et gladium iuxta, qui ducatum designat. Si ducatum dux cum bona pace habere uoluerit, habeat; si vero coronam, statim vos duo principes surgite, et eodem gladio ducem Belam decollate. Et illi promiserunt se facturos. Cum autem hoc consilium inirent comes preconum Nicolaus tenens hostium pallatii deforis hec omnia audiuit, cumque ducem ad regem uocassent, et in hostio intraret, dixit citissime duci causam (comes) preconum: Si uitam optas, accipe gladium, et plus dicere non potuit. Cum autem dux intrauit, uidit coronam iacentem cum gladio ante regem, et mirabatur. Statimque cum sedisset, rex iacens se leuauit, et in lecto sedens dixit: Dux! ego coronaui filium meum non tamen causa cupiditatis, sed (pro) perditione[2]) regni, que nudius tercius ab imperatore acta fuere.[3]) Sed tu uoluntatem liberam habeas; si uis regnum, accipe coronam: si ducatum, accipe gladium; ex hys aliud concedas filio meo, sed corona cum iusticia tua est. Statim dux cognouit de uerbis Nicolai comitis et dixit: Habeat filius tuus coronam, qui unctus est, et da mihi ducatum. Statimque gladium accepit. Rex itaque inclinauit se ad pedes eius, quod raro factum est. Putabat enim de eadem simplicitate dedisse coronam filio suo, sicut sibi Leuente dederat. Sed dux pre timore hoc fecerat. Tandem sinistris suggestionibus malorum (66) hominum rex et dux discordauerunt. Dux autem erat sicut sagacissimus, precauens sibi ab insidiis regis, cum omni familia sua secessit in Poloniam ad socerum suum. Quod audiens rex Andreas, timens illius machinamenta filium suum Salomonem trans-

[1]) in. add. T. [2]) pace. T. [3]) fuit.

Digitized by Google

misit ad imperatorem socerum suum. Secuti sunt autem eum plurimi primates Hungarie. Interea dux Bela omnem iniuriam, quam ei frater suus rex Andreas intulerat notificauit socero suo duci Polonie. Dux autem Polonie auxiliatus est ei fideliter et efficaciter. Dux itaque Bela tribus agminibus soceri sui munitus reuersus est in Hungariam. Rex autem Andreas prenoscens eum cum exercitu intrasse in Hungariam, ab imperatore teutonicorum duos duces, videlicet Villelmum et Poth in auxilium suum fecit adduci. Ducem quoque Bohemorum, qui consanguineitate eidem attinebat, mercede conduxit, et confidebat in multitudine conductorum. Hungaros autem non multos habebat, quamplurimi enim Salomonem filium suum secuti fuerant, et ex his qui in regno remanserant, plurimi ad ducem Belam confluxerant. Nunciatum est autem Bele duci, quod rex Andreas maximam haberet multitudinem conductorum, elegitque magis mori in bello, quam sine pugna ab exercitu regis declinare. Tunc intrepidus concitatum duxit exercitum super Andream regem versus Tysciam. Villelmus vero et Poth duces theutonicorum furore concitati cum agminibus suis festinanter Tysciam transierunt, et commisso prelio ab utraque parte fortiter est pugnatum. Sed adiuuante deo dux Bela victoriam obtinuit, fere omnibus teutonicis ibidem interfectis, et ducibus eorum comprehensis. Porro hungari qui erant apud regem Andream, uidentes victoriam fecisse ducem Belam, dimisso rege Andrea uersi sunt ad ducem Belam. Rex autem Andreas fugit versus Teutoniam, sed euadere non potuit, captus est enim ad portas Musun, et negligenter detentus in silua Bocon ad crucem[1]) suam que dicitur Scirc mortuus est. Sepultus est autem in monasterio sancti Aniani confessoris, quod idem rex construxit in Tihon iuxta lacum Balaton. Sed et dux Bohemorum captus est, et sine scitu ducis Bele exoculatus. Villel(67)mus vero et Poth duces adducti sunt ad Belam ducem, qui eos liberos abire permisit.

[1]) curtem. T.

Digitized by Google

LII. **Dux Bela feliciter coronatur in regem.***)

Dux igitur Bela vocatus Benyn uictor cum triumpho uenit in ciuitatem Albam, ibique regali dyademate inungentibus eum episcopis feliciter est coronatus. Tenuit autem regnum pacifice, sine molestatione hostium et quesiuit bona genti sue. Inter cetera siquidem pericie sue argumenta, fecit fabricari nummos magne monete ex purissimo argento, et precium rerum uenalium secundum terram [1]) quantitatem iusto moderamine discrete racionis constituit. Non enim permittebat mercatores et nummularios per detestabilem auaricie uoraginem a simplicibus et rusticis superfluum lucrum congregare. Hec est enim causa, que maxime solet populos paupertatis et inopie periculis obuoluere, sed [2]) statutum precium unusquisque vendebat et emebat, sine iniuria et circumuencione. Iste etenim omnia fora die Sabbati constituit pro vendendo et emendo, bisancinosque misit currere per districtum regni sui. Argenteos eciam denarios ut supra scriptum est cudere fecit, quorum quadraginta bisancius census erat. Vnde et nunc denarii numero quadraginta aurum appellantur, non quod sint aurei, sed quod tot denarii bisancium ualere illo tempore uidebantur. Omnibus enim diebus uite sue in tota Hungaria non est mutata moneta.

Multa etiam alia fecit sempiterna digna memoria. Omnium enim qui secuti fuerant Salomonem regem uxores et filios et omnia que habebant integra et illesa fecit custodiri, ut ad eum sponte reverterentur, bonis suis in pace degerent. Unde plurimi de illis facti fideles redierunt.

Alleuiauit hic etiam pietatis — [3]) onus hungarorum, a debito seruicio relaxans eis consuetas (68) pensiones,

---

[1]) certam. T. [2]) secundum. add. T. [3]) affectu. supp. T.

*) De coronatione primi beele regis filii Ladislai calui, filii Toxun. A.

Digitized by Google

et antiquas exacciones. Quapropter Hungaria quamplurimum locupletata super omnes circumadiacentes regiones caput extulit uincentes[1]) eas diuiciis et gloria. Tunc in ea pauperes locupletabantur, et diuites gloriabantur.

Misit eciam rex clementissimus per totam Hungariam precones, ut de singulis uillis uocarentur duo seniores facundiam habentes, ad regis consilium. Quo audito non tantum hy qui uocati fuerant, sed eciam omnes rustici et serui cum uniuersa plebe Hungarie uenerunt ad regem in Albam. Rex autem et episcopi cunctique proceres uidentes immensam multitudinem, timuerunt, ne forte irruerent in eos. Et intrantes ciuitatem obseruauerunt eam. Plebs autem constituit sibi prepositos, quibus preparauerunt orcistrum de lignis, unde ab hominibus possent uideri et audiri. Prepositi vero miserunt ad regem et ad proceres nuncios dicentes: concede nobis ritum patrum nostrorum[2]) paganismo uiuere, episcopos lapidare, presbiteros exentherare, clericos strangulare, decimatores suspendere, ecclesias destruere campanas confrangere. Hys auditis contristatus est rex et petiuit inducias dierum trium ad deliberandum super negocio. Interim vero prepositi plebis in eminenti suggestu residentes predicabant nephanda carmina contra fidem. Plebs autem tota congratulanter affirmabat: fiat. Cum autem tercia die responsum expectarent, milites armati ex precepto regis irruerunt super eos, aliquos ex eis obtruncauerunt, prepositosque eorum ab altis precipitando contriuerunt, reliquos autem ligatos duris uerberibus flagellauerunt, et sic occidendo, ligando flagellando sedicionem eorum milites vix edomauerunt. Postquam enim sanctus rex Stephanus conuertit Hungariam ad Christum, bis ad paganismum uersa est. Semel tempore regis Hendree; secundo tempore regis Bele, sicut nunc scriptum est.

---

[1]) sic pro: vincens. [2]) more. add. T.

Digitized by Google

Piissimus autem rex Bela completo regni sui anno tercio in Demes regali allodio, corruente solio confractus corpore, irremediabiliter cepit egrotare. Duxeruntque eum seminecem ad riuulum Kynisua propter quasdam regni necessitates, et ibi migrauit a seculo. Sepultus est autem in monasterio sancti Saluatoris, quod ipse construxerat in loco qui dicitur Zugzard. Hic enim Bela erat (69) caluus, et in colore brunus, propterea suum monasterium, ad suam disposicionem Zugzard appellauit.

LIII. De aduentu imperatoris cum rege Salomone genero suo.*)

Rex autem Salomon audita morte Bele regis, accessit ad socerum suum imperatorem teutonicorum, rogauitque eum ut regnum Hungarie sibi restitueret. Cuius precibus imperator libenter acquieuit, et cum illo nobili romane artis[1]) exercitu, et illustri cetu imperialis glorie Salomonem in Vngariam reduxit. Interim Geysa filius regis Bele sicut eras prudens et circumspectus, cum duobus fratribus suis adolescentibus, assumpsit se seorsum in partes Polonie. Non enim poterat impetum Salomonis et teutonicorum tunc sustinere. Rex itaque Salomon cum imperatore sine difficultate intrauit in Hungariam rege orbatam, et securus venit in ciuitatem regiam Albam, ibique ab omni clero et populo totius Hungarie honorificentissime susceptus est. Concionatus est autem imperator ad uniuersum cetum hungarorum pro genero suo rege Salamone,[2]) pacemque inter eos reformatam iusiurandum[3]) religione interposita confirmauit. Regem autem Salomonem in paterno solio glorie coronatum cum assensu et clamacione totius Hungarie sedere fecit. Ipse uero imperator diuite gaza Hungarie a rege Salomone remuneratus prospere rediit ad propria.

---

[1]) arcis. T. [2]) Salomone T. [3]) iurisiurandi. T.

*) De aduentu inperatoris quarta uice. A.

Digitized by Google

Statim autem ut imperator discessit, Geysa illinc quo se caute contulerat, in Hungariam accessit. Rex autem Salomon, tamquam nouus, et necdum in regno roboratus, timens ne forte Geysa cum exercitu polonico super eum irrueret, paulisper retrocessit cum suis, et in castro Musun munitissimo tuta statione resedit. Porrro episcopi et alii uiri religiosi instanter satagebant inter eos pacem componere. Maxime (70) autem Desiderius episcopus delinitiuis ammonicionibus et dulcibus allocucionibus suis mitigauit animam Geyse ducis, ut Salomoni quamuis iuniori regnum cum pace redderet, et ipse ducatum quem pater eius habuerat pacifice teneret. Cuius salubribus persuasionibus Geysa deposito rancore paruit. In festo autem sanctorum Fabiani et Sebastiani martirum rex Salomon et Geysa dux coram Hungaria in Geur pacem firmauerunt. Deinde festum Dominice resurreccionis ambo simul cum plena curia Quinqueecclesiis celebrauerunt. Vbi rex Salomon ipso die Pasce assistentibus regni proceribus per manus Geyse ducis honorabiliter est coronatus, et in regiam beati Petri principis apostolorum basilicam ad audiendam missam gloriose deductus. Vniuersa ergo congregatio hungarorum videntes pacem regis et ducis et mutuam inter eos dilecccionem, laudauerunt deum pacis amatorem et facta est leticia magna in populo. Nocte autem secuta prognosticum future discordie et turbacionis prouenit. Totam enim ecclesiam illam et omnia pallacia ceteraque edificia et appendencia repentina flamma corripuit, et uniuersa, uastante incendio corruerunt. Accepit autem omnes timor pre nimia concussione flammarum stridencium, et terribili furore campanarum ex turribus ruencium; nec sciebat quisquam quo se diuerteret. Rex et dux vehementi stupore attoniti, et suspicione mali doli perterriti, quantocius in diuersa se transtulerunt. Mane autem facto, per fideles nuncios et in ueritate rerum cognouerunt, quia nichil mali ex utraque parte perniciosa fraude fuerat excogitatum, sed forte inopinatum euenerat incendium. Rex et dux cum bona pace iterum conueniunt.

Digitized by Google

Misit itaque rex Zolomerus Dalmacie, qui sororius Geyse erat, nuncios ad regem Salomonem et ducem Geysam, et rogauit eos ut propria persona eorum contra aduersarios suos scilicet Carantanos ipsum adiuuarent, qui tunc marchiam Dalmacie occupauerant. Rex igitur et dux collecto exercitu iuerunt in Dalmaciam, et ablatam sibi restituerunt integre. Regi ducique dona regalia ac preciosa pallacia[1]) aurum et argentum multum (71) donauit. In reuersione autem eorum Atha palatinus rogauit regem et ducem, ut in constructione monasterii sui quod in honore sancti Jacobi edificauerunt in Zelyz interessent, quod et factum est.

LIV. **Quod rex Salomon et Dauid liberos non habuerunt.**

Rex autem Salomon et Dauid frater eius liberos nunquam habuerunt, et in ipsis semen regis Andree defecit. Quod ideo diuinitus factum esse credimus, quia quando Andreas primo in Hungariam reuersus est cum Leuente fratre suo, propter hoc, quod ipse regnum posset obtinere, permisit Vatam prophanum, et alios pessimos sanctum Gerardum et multos christianos interficere. Dux autem Geysa genuit Colomanum et Almum ac filias. Viguit autem tranquilla pax inter regem et ducem circiter annos tredecim. Interim autem Bohemi superbia inflati irruperunt versus urbem Trenchen, et magnam predam hominum et ceterorum animalium rapientes abduxerunt. Rex autem et dux pro magna iniuria hoc reputantes, cum suis exercitibus Bohemiam inuaserunt. Et Bohemis ad conflictum uenire non audentibus, hungari fere totam Bohemiam igne ac gladio uastauerunt. Ibi Bator Opus Martini filius, quendam Bohemum instar gygantee magnitudinis corpus habentem, in certamine singulari uiriliter prostrauit, propter quod memoriale factum semper postmodum apud regem et omnes

[1]) pallia. T.

Digitized by Google

optimates Hungarie gloriosus emicuit. Rex itaque et dux iniuriam suorum super Bohemos grauiter uindicantes, cum maxima preda captiuorum Bohemorum in Hungariam gaudentes sunt reuersi.

LV. **Deuastant Cuni Hungariam.**

(72) Post hoc autem pagani Cuni a superiori parte porte Meses ruptis indaginibus irruperunt in Hungariam, totamque prouinciam Nyr usque ciuitatem Byhor crudeliter depredantes, infinitam multitudinem uirorum ac mulierum, ceterorumque animalium secum trahentes, per amnem Lapus et fluenta Zomus inopinabiliter transeuntes remeabant. Rex igitur Salomon et dux Geysa cum fratre suo Ladizlao collecto exercitu festinantissime acceleraverunt per portam Meses transeuntes, prius quam Cuni montes transcenderent in urbem Dobuka, pene per totam septimanam ibi aduentum paganorum expectarunt. Quidam autem de speculatoribus nomine Fantiska, qui erat de Nouo castro, certificauit regem et duces in quinta feria, quod exercitus Cunorum appropinquaret. Rex autem et duces cum exercitu equitauerunt illuc usque properantes, et in nocte illa descenderunt prope Cunos. Surgentes autem summo diluculo sexta feria, omnes eucharistie communione se ipsos muniuerunt, et ordinatis agminibas suis ad confligendum contra paganos perrexerunt. Quod cum vidisset princeps milicie paganorum nomine Osul, qui fuit seruiens Gyule ducis Cunorum, sicut erat plurimum inflatus superbia, ac nimium de se presumens, inquit suis, vadant iuuenes super inhermes hungaros, et cum eis ludi simile bellum committant. Nullos enim credebat esse, qui cum eis congredi auderent. Procedentes autem pagani contra hungaros, uiderunt terribilia eorum agmina, et prepropere renunciauerunt Osul principi suo. Qui coadunato conducto exercitu Cunorum, festinanter collegit se in supercilium montis altissimi, putans hoc sibi fieri pro maximo tuta-

Digitized by Google

mento. Est enim ascensus gra(73)uissimus montis illius, qui ab incolis uocatur Kyrieleys. Congregatus est autem uniuersus exercitus hungarorum ad radicem montis eiusdem. Milites enim regis Salomonis omnes pariter gestabant vexilla sua facta de syndone. Pagani autem in cacumine montis iam collocati[1]) fuerant, ex quibus forciores et audaciores sagittarii descenderunt in medium deuexi montis, ut hungaros ab ascensu montis procul arcerent. Ceperunt itaque tempestuosis ymbribus densissimarum sagittarum in turmas legionum regis et ducis deseuire. Quidam autem incliti milites hungarorum irruerunt super illos sagittarios, et quamplures ex eis in latere eiusdem montis occiderunt, et ualde pauci equos suos arcubus suis verberando urgentes, uix ad socios suos ascendere potuerunt. Rex autem Salomon acerrime animositatis audacia fremebundus, per grauissimum ascensum cum agmine suo, quasi reptando ad paganos ascendit, qui super eum densissimos sagittarum ymbres effundebant. Dux autem Geysa sicut erat semper prouidus, per leuiorem ascensum ascendens, sagittis irruit super Cunos. Cuius frater Ladizlaus quatuor ex fortissimis paganorum primo impetu interfecit, et a quinto eorum sagitta grauiter est uulneratus, eodem mox ibidem interfecto. Postmodum diuina miseracione a uulnere illo cito est sanatus. Pagani ergo atrocissima mortis illacione ab hungaris coartati, miserabiliter fugiebant. Quos hungari celerius persequentes acutissimos gladios suos et sitibundos in sanguinibus Cunorum inebriauerunt. Capita quippe Cumanorum[2]) nouiter rasa tamquam cucurbitas ad maturitatem nondum bene perductas gladiorum ictibus disciderunt.

Vidit denique beatissimus Ladizlaus dux unum paganorum qui super dorsum equi sui ducebat unam puellam hungaram speciosam. Sanctus ergo dux Ladizlaus, putans illam esse filiam episcopi Waradiensis, et quamuis

[1]) collecti T. [2]) Cunorum. T.

Digitized by Google

esset grauiter uulneratus, tamen illum celerrime persecutus est super equum illum, quem Zug nominabat. Cum autem attingeret ut eum lancearet, minime poterat, quia nec —[1]) eius celerius currebat, nec equus il(74)lius aliquantulum remanebat, sed quasi brachium hominis erat inter lanceam et dorsum Cuni. Clamauit itaque sanctus dux Ladizlaus ad puellam et dixit: Soror speciosa accipe Cunum in cingulo, et iacta te in terram. Quod et fecit. Cumque beatus Ladizlaus dux procul illum lanceasset in terra iacentem, uoluit eum interficere. Quem puella ualde rogauit ne eum interficeret, sed ut dimitteret. Vnde in hoc notatur, quod fides in mulieribus non sit, quia forte amore stupri illum liberare uoluit. Sanctus autem dux diu cum eo luctando et absciso neruo illum interfecit. Sed illa filia episcopi non fuit. Rex igitur et gloriosi duces fere omnibus paganis interfectis, et omnibus christianis a captiuitate liberatis, una cum felici embola totius Hungarie cum triumpho uictorie gaudentes redierunt. Facta est igitur leticia magna in tota Hungaria, et in ymnis et confessionibus benedicebant deum, qui dedit eis uictoriam.

LVI. **De aduentu Bissenorum in Hungariam.***)

Factum est autem tertio anno post aduentum Cunorum, Bisseni per Albam bulgariam uenientes transnatauerunt flumen Zaua in campum Buzias, et non modicam gentem captiuorum et predarum diripientes, in suam terram abduxerunt. Rex autem et dux imposuerunt crimen tradicionis Albe bulgarice, eo quod pace defraudata uoluntarie permisissent latrunculos Bessorum depredari Hungariam. Collectis itaque exercitibus, conuenerunt in Zalankemen, ubi consilia deliberantes, decreuerunt Albam traditricem[2]) obsideri oportere, et expugnari. Inde castra mouentes descenderunt circa flu(75)men Zaua in directo

[1]) equus. suppl. T. [2]) tradicem. Cod.
*) De expugnatione albe bulgarice. A.

Digitized by Google

Nandorfeirwar. Exiit autem edictum a rege et duce, ut uniuersus exercitus hungarorum quantocius transiret fluuium Zauam in Bulgariam. Greci autem et bulgari nauigantes in celonibus suis per ingenia sufflabant ignes sulphureos in naues hungarorum, et eas in ipsis aquis incendebant. Victi sunt autem igniuomi greci ab hungaris pre multitudine nauium, quibus flumen operuerant. Fugientibus autem grecis ac bulgaris, transierunt hungari et terminos bulgarorum occupauerunt.

Rex autem et dux secunda feria transierunt Zauam, et mane facto ordinauerunt acies suas, et plenis manipulis suis uniuersaliter per turmas suas insertis umbonibus obsederunt ciuitatem. Greci igitur et bulgari timentes ex obsidione periculum sibi imminere orauerunt Bissenos per clam destinatos nuncios ut sine pauore uenirent in adiutorium ipsorum, eo quod nec rex nec dux ciuitatem eorum obsedisset, sed tantum comes Vid cum Bachiensibus militibus eos inuasisset. Bessi ergo fraudulentibus uerbis eorum seducti, festinanter uenerunt in adiutorium ipsorum, et cupiditate prede allecti, quam de comite Vyd deuicto sperabant se habere, precipites irruerunt super agmina Suproniensium, quorum rector erat comes Jan nomine. Hic autem insultus bessorum uiriliter et fortiter cum Supruniensibus superauit, plurimis eorum ibidem in ore gladii prostratis, residuis autem eorum in captiuitatem subactis. Princeps bissenorum nomine Kazar cum paucissimis fugiendo manus hungarorum vix euasit. Rex igitur et dux eidem militi Jan munera regalia condignasque grates liberalitate[1]) contulerunt, eo quod ipse multa milia bissenorum tamquam lapis limpidissimus uasa fictilia contriuisset, priusquam rex et dux cum exercitu suo de gentaculis capita leuassent. Regi autem et ducibus Geysa et Ladizlao super rupem, que eidem ciuitati proxima est, residentibus, ceperunt hungari presentare captos bissenos et capita interfectorum, et

[1]) supple: regia. Toldy „liberaliter"-posuit contra cod.

Digitized by Google

equos et supellectilia, que in quarta feria a mane usque ad inclinacionem meridiei plene perficere non potuerunt. Hoc autem ideo factum est, ut greci et bulga(76)ri qui obsidebantur, uidentes bissenos, in quibus sperabant tam crudeliter ab hungaris obtruncatos, timerent et semet ipsos cum ciuitate regi et ducibus contraderent.

Porro rex et duces ad expugnandam ciuitatem conuenienciora loca prospicientes preceperunt carpentariis, ut ibi turres ligneas octo altitudinem murorum duplo superantes fabricarent, unde milites in medium ciuitatis lapides et sagittas super homines iacularent. Inter turres uero totidem tormenta ad destruendum [1]) muros erexerunt, longos etiam pluteos ad defendendos introitus turrium, ceteraque instrumenta bellica composuerunt. In quibusdam itaque locis destruxerunt muros eius usque ad fundamentum, sed ciuitatem capere non poterant, quia eam intrinsecus fortissimi bellatores defendebant. Obsederunt itaque ciuitatem duobus mensibus, infra quos sepius congressi sunt cum sarracenis de ciuitate egredientibus, et ex eis alios occiderunt, alios autem fugauerunt. Post hoc tres sarraceni fortissimi et audacissimi de urbe prosiliunt, iaculis lanceis et sagittis duram plagam hungaris propinantes. Salomon autem balistarius regis unum illorum ictu baliste fulminauit, cuius cadauer hungari nitebantur rapere, socii vero eius de predictis acriter dimicantes defenderunt. Rex autem et dux uidentes eorum conflictum, circumstantibus aiunt militibus: utinam sanguis et cor Machabeorum efferbesceret in militibus, qui defensarent hungaros ab his sarracenis pre municione arcis [2]) audacter pugnantibus, ut hungari cadauer sarraceni raperent.

Hoc audito Obus [3]) Georgius et Bors milites bellicosi, concitato impetu in modum fulguris irruerunt super illos. Quos quidem Obus nimium audacter persequens, usque ad urbis portas fugauit. Pugnatores iactabant lapi-

[1]) destruendos. T. [2]) praemunitione artis. [3]) Opus ubique T.

Digitized by Google

des et sagittas de pugnaculis ciuitatis, Obus tamen sine lesione rediit. Interea autem Georgius et Bors exortati sunt hungaros, qui corpus sarraceni rapuerunt, et in turpitudinem proiecerunt. In tercio uero mense obsidionis quedam puella hungarica olim illuc per captiuitatem abducta, in quarta (77) feria ciuitatem succendit. Flabat autem subsolanus uehementissime, cunctaque edificia occupauerunt incendia. Exercitus itaque hungarorum irruit in ciuitatem ea parte, qua muri eius per tormenta iam corruerant, et grecos sarracenos atque bulgaros crudeliter trucidarunt. Qui autem residui fuerant cum Nicota duce eorum fugierunt in arcem. Hungari ergo capta ciuitate sequenti die postquam ignis resederat, uidentes scrobes grecorum deiscentes, tulerunt exinde aurum multum et argentum, lapides preciosos, gemmasque prelucidas, et thezaurum fere inestimabilem. In cuius particione orta est discordia inter regem et ducem. Nullusque fuit ex hungaris, qui ibi locupletatus non fuisset.

Porro in arce inclusi rogauerunt regem et duces, ut eis uitam et libertatem donarent, arcem et uniuersa sibi uendicarent. Manibus itaque regis et ducum in fidei pignus extensis, quod eos amplius non lederent, omnes qui in arce erant descenderunt. At dux Nycota portans argenteam yconam sanctissime genitricis dei semper uirginis Marie cum magna multitudine populi ueniens in potestatem ducis Geyse se contulit. Sciebat enim Geysam ducem deuotum deo, et captiuos seu afflictos misericordie uisceribus refouentem. Ad manus autem regis Salomonis pauci uenerunt, quia nouerant ipsum esse austerum, et pessimis consiliis Vyd comitis in omnibus ascultantem.[1]) Qui Vyd deo et hominibus detestabilis erat. Cumque uidisset rex plures ad ducem ex illis confugisse, paucos autem ad se, plurimum indignatus est. Cum autem reuersi essent cum thesauro inestimabili, uenerunt in uillam Buzias, in pre-

[1]) auscultantem. T.

Digitized by Google

dium Vyd, volebatque diuidere thezaurum et captiuos, et illos eciam qui ad fidem illorum de castro uenerant. Dux autem regi in hoc contradicens diuidere non potuerunt. Hec ergo causa fuit malorum et seminarium discordie inter eos. Sed cum thezaurum diuiderent, rex cum consilio Vyd, et Frank episcopi, et Radoan filii Bugar, et Ilia generis Vyd, in quatuor partes diuisit. Et quartam partem duci,[1]) de tribus partibus unam haberet ut omnibus militibus,[2]) secundam autem Vid, tertiam autem Ilia. Vnde (78) dux ualde molestatus est.

LVII. **Discordia regis et ducum.**

Interea imperator grecorum audita liberalitate ducis Geyse misit ad eum nuncios ad firmandam pacem et amiciciam. Dux autem remisit ei omnes captiuos, et omnes qui ab arce descenderant. Ad regem autem Salomonem, rex nequaquam misit grecorum. Vnde rex Salomon super Geysam ducem magis inuidie faucibus[3]) ac magis exarsit. Comes eciam Vyd peruicaciter instigabat regem, ut ducem Geysam expelleret, et ducatum eius sibi de leui posset uendicare. Et hoc facile fieri dicebat eo quod rex multo plures milites quam dux haberet; nec hoc differendum, sed magis accelerandum esse suggerebat. Seducebatque regem hoc prouerbio: Quod sicut duo gladii acuti in eadem vagina contineri non possent, sic nec vos in eodem regno conregnare potestis. Rex ergo uenenosis uerbis comitis Vyd tragefactus, odium et rancorem concepit. Exinde itaque querebat oportunitatem aut capiendi ducem Geysam per insidias, aut bellandi. Dissimulabat tamen rex, et simulata amicicia dimisit ducem abire in ducatum.

[1]) sic ut. inserit T. [2]) unus ex militibus. [3]) facibus.

Digitized by Google

LVIII. **De concordia eorum.**

Post itaque misit rex ad utrumque ducem, ut ambo simul ad regem uenirent, et cum exercitu super (79) Nys castrum grecorum proficiscerentur. Rex enim dolose intendebat eos perdere, ut si ambos improuisos capere posset, de cetero securus fuisset. Duces autem insidias regis percipientes, sibi caute consulerunt. Ladizlaus cum medietate exercitus in partibus Nyr remansit, Geysa uero cum rege profectus est, nec ausi sunt quicquam molestie ei inferre, quia Ladizlaum in manu ualida fratris ultorem fore non dubitabant.

Interea uiri de Nys multam in auro et argento et preciosis palliis regi et duci habundanter obtulerunt. Deinde reuertentes ab urbe Keue rex et dux ab inuicem sunt diuisi. Ladizlaus autem consilio fratris sui de ciuitate Byhor iuit in Rusciam, querere auxilium amicorum suorum, ut contra machinamenta regis sese premuniret. Iam enim omnibus innotuerat iniuria et discordia regis et ducum. Post hec collectis exercitibus, nunciis frequenter missis, tandem rex et dux uenerunt Strigonium, ibique ex conducto*) utrique eorum tantum cum octo hominibus inter episcopos et principes nauigauerunt in insulam ciuitati proximam ad colloquendum. Vbi diu semet ipsos incusantes et excusantes, tandem roborato federe pacis, Geysa rediit in ducatum, rex autem uenit in Albam. Post hec misit ad Geysam ducem rex Vyd deo detestabilem, et Ernei mansuetum, quos Geysa fecit caute custodiri, pre timore tradicionis Vyd. Misit eciam dux ad regem episcopum Waradiensem et nequam Vatha, quos rex fecit similiter custodiri. Rex autem de villa Meger iuit uersus flumen Rabcha in occursum trium ducum theutonicorum, quos in auxilium sibi contra ducem Geysam expectabat.

*) condicto. T.

Digitized by Google

Quia vero dux nec fratrem suum presentem habebat, nec amicorum auxilium, misit Vyd et Ernei ad regem, data treuga a festo sancti Martini, usque ad festum sancti Georgii. Quo audito rex misit Vatham et episcopum Waradiensem. Porro eo tempore rex Natale celebrauit in loco qui dicitur geminum castellum. Deinde uenit in Zalam ubi Marchrat dux theutonicorum et Vyd instigauerunt regem, ut ducem debellaret. Sug(80)gerebat enim Vid regi hoc et huiuscemodi: Ecce nunc facile potes et indubitanter ducem deuincere, quia destitutus est omni auxilio, et si distuleris eum aggredi usque ad datas inducias, erit spes euadendi. Cumque rex Salomon uenisset ad Zugzard, et castra metatus esset super locum Kestelci, uenit audire uesperas in monasterio sancti Saluatoris. Post uesperas in monasterio Vyd et alii consuluerunt regi dicentes: Domine noueris, quod Ladizlaus in Rusciam iuit, et Lampertus in Poloniam, conducere exercitum fratri eorum duci Geyse; sepe consuluimus tibi ut nunc ueniatis super ducem, qui venatur in Igfan noctis in silencio impetum faciamus super eum, capiamus eum, et oculos eius eruamus. Et cum Ladizlaus et Lampertus uenerint, uel exercitum secum duxerint, contra nos stare non possint. Et cum hec audierint eciam regnum intrare non audebunt. Et potestis facere, quia omnes consiliarii sui tibi fideles sunt. Et ducatum michi dabis, et ita confirmabis coronam tuam.

Rex autem hoc audito promisit se cogitaturum usque ad matutinas. Et placuit consilium ante oculos eius. Abbas autem eiusdem loci, nomine Willermus latinus, qui erat in absconso loco clausus, quasi deum precans in monasterio, audiuit consilium quando factum est. Qui statim nuncium misit ad ducem et litteras, ut sibi de rege caueret. Cum autem nuncius ad ducem uenisset, erant ibi iniqui consiliarii, et ipsius ducis traditores, Petrud scilicet, Zounuk et Bykas. Qui dixerunt: Domine dux ne timeas, quoniam abbas ebriosus est, et in ebrietate sua ad uos nuncium misit, et nescit quid loquatur. Hoc autem dice-

Digitized by Google

bant, quia uolebant tradere ducem in manus Salomonis. Dux autem in illis confidens, ibidem, scilicet in Igfan uenabatur. Sed fratrem suum Ladizlaum misit in Bohemiam, quia iam tunc reuersus erat de Ruscia sine subsidio, ut rogaret Otthonem ducem Bohemorum, ut ipsis in necessitate positis auxiliaretur. In eodem mane quando rex se cogitaturum statuerat, cum uenisset ad matutinas, abbas idem abscondit se in monasterio, ut audiret (81) consilium, eo quod fidelis erat duci, quia filius fundatoris ecclesie sue fuerat. Cantatis igitur matutinis cum omnes exiuissent, rex et Vid ibidem remanserunt, et tale consilium statuerunt, sicut Vid regi facere laudauerat. Hoc autem predictus abbas audierat, monachalem statim deponens habitum, et laicalem induens, gladiumque accingens, ascendit equum, et uenit citissime ad ducem, quem mane dormientem inuenit, et excitauit eum dicens ei: Fuge dux, et si non fugeris, statim milites Salomonis ad capiendum te appropinquant. Dux uero collecto exercitu suo voluit ut citissime iret in partes Bohemie pro fratre suo Ladizlao, sed rex obuiam ei ueniebat. Regebat autem Vid sic regem, sicut magister discipulum, eratque sibi de iure, sine omni iure subditus. Quod cauendum est omnibus hominibus, sed maxime regibus. Lactatusque est pessimo Vyd perfidi consilio, mouitque exercitum super ducem.

Dux uero cum exercitu suo obuiauit regi in Kemey, principes autem ducis ymo traditores miserunt clanculo nuncios ad regem dicentes: Quod si rex eos in dignitatibus suis teneret, et in gratiam susciperet, ipsi in bello, relicto duce, ad regem confluerent. Rex autem certificauit eos super hoc, prestito iuramento, et securus tunc transiuit Tysciam glaciatam super ducem. Cumque appropinquassent ad prelium, rex apud ecclesiam filii Nog armauit se, et coadunauit agmina sua ad dimicandum, et impetum fecit super ducem, ac ducem auxilio suorum fraudulenter destitutum superauit. Principes autem Geyse Petrud et Bykas in ipso prelio cum tribus agminibus castrorum uer-

Digitized by Google

terunt se ad Salomonem, sicut sibi promiserunt. Dux vero Geysa, quamuis maxima parte exercitus sui esset destitutus, non tamen abhorruit, uno tantum agmine stipatus contra triginta Salomonis agmina seuissimum prelium committere. Traditores autem fugientes leuabant clipeos suos in signum, quod regi dederant, quemadmodum Iudas traditor qui dederat signum, ne milites regis eos persequerentur. Exercitus autem regis ignarus prodicionis signi, et ui(82)dentes agmina ducis fugere, persecutus est ea usque ad interempcionem, ita quod uix paucissimi ex illis traditoribus mortem euaserunt, et utinam ex eis nullus euasisset, qui dominum suum benefactorem sceleratissime tradiderunt. Omnibus autem militibus suis pereuntibus, declinauit dux a bello, transiuitque Tysciam in Cothoid*) et Georgium nigrum capellanum suum ad fratrem suum Ladizlaum transmisit, ut quamcitius posset ad eum festinaret. Iuancam vero clericum suum litteratum misit ad Lampertum. Cumque Geysa equitasset usque Vaciam, obuiauit fratri suo Ladizlao, et Otthoni duci sororio eorum, cum auxilio ualido venientibus.

Cumque dux Geysa uidisset fratrem suum Ladizlaum, pre nimio dolore flebat quia bonos et fideles suos amisisset, et de traditoribus conquerebatur. Ladizlaus autem animo fortis fratrem suum confortabat ne fleret, sed potius omnipotentis dei clemenciam exoraret, ut uictorem uictis subiugaret, quemadmodum forma bellorum est. Rex autem et dux ante Quadragesimam pugnauerunt in Kemei, quarta feria post dominicam qua cantatur Exurge. In hoc autem bello Opus filius Martini de genere Vecellini miles gloriosus, militem ducis nomine Petrum audacissimum super equum submirteum, ceterosque precedentem, radiante lorica et deaurata galea perspicuum, atque ad conflictum milites prouocantem, singulari certamine superauit. Nam de agmine Salomonis ad predictum militem solus Opus

*) Thocoyd. T.

Digitized by Google

super giluum equum in lorica cucullata euulsus, in modum fulminis ictu lancee rupta lorica Petrum per medium cor transfixit. In eodem autem bello tantam stragem crebris ictibus gladii sui fecit Opus, quod pre nimia reciprocacione ictuum dexta eius obriguerat, et capulo gladii sui adheserat. Rex autem Salomon et maxime theotonici mirabantur de potencia et audacia Opus in prelio.

Rex uictoriam potitus transiuit Tysciam congellatam in Thoroyd et descendit in curia filii Petri ibique audiuit Geysam obuiasse Ladizlao et Otthoni (83) ducibus cum ualida multitudine pugnatorum ad se ueniencium. Vid vero detestabilis urgebat regem hys verbis: Nouiter exercitum eius confecimus, nobiliores occidimus, timorem ei immisimus, et nunc seruos congregauit, messores coadunauit, et eorum agmine se stipauit. Nichil ergo de eis debemus dubitare, quin eos in momento deuorabimus. Bohemicum uero agmen omnibus consodalibus meis acquiescentibus ego cum Bachiensibus premature mortis periculis afficiam. Erney autem semper pacis amator, cum hoc audiuit flebat. Quem cum Salomon uidisset flere, dixit: Comes Erney, uidetur michi quod tu fidelis sis duci, tantummodo apud me simulatus manes. Cui Erney respondit: Nequaquam domine, sed nollem, quod cum fratribus tuis pugnares, et ut milites interficerent se ad inuicem, filius patrem, uel pater filium. Deinde Vid comiti dixit Erney: Tu laudas domino pugnare cum fratribus et dicis: Quia falcatores et furcantes coadunasset. Vide quia mile falcantes quod incidunt, decem milia furcatorum congregare non potuerunt, et absque deo numerare[1]) non ualebunt. Nobis aptum est pro rege mori, sed esset melius ut pociori uteremur consilio.

Rex ergo in uerbis Vyd confidens festinauit cum exercitu suo, et in quarta feria descendit in Racus.[2]) Sed et duces Geysa Ladizlaus, et Ottho ac totus exercitus

[1]) numeranre. Cod. [2]) Rachus. T.

Digitized by Google

hungarorum, qui erat cum eis, descenderunt circa Vaciam. Fuit autem ibi magna silua, et nemo in ea manserat preter unum heremitam nomine Wach, sancte uite, ex cuius nomine dux Geysa illi ciuitati postea ibi constructe nomen imposuit. Cum igitur exercitus predictus Salomonem contra se expectaret, duces quodam mane in equis causa consiliandi stabant in loco ubi modo est capella lapidea beati Petri apostoli, tractantes, qualiter sint pugnaturi. Et dum ibi starent clara die uidit beatus Ladizlaus uisionem de celo, et ait ad Geysam ducem fratrem suum: Vidisti aliquid? Qui respondit: nichil. Tunc beatus Ladizlaus subiunxit: Dum staremus hic in consilio, ecce angelus domini descendit de celo, portans coronam auream (84) in manu sua, et impressit capiti tuo, unde certus sum quod nobis uictoria donabitur, et Salomon exul fugiet debellatus extra regnum. Regnum uero et corona tibi tradetur a domino. Cui Geysa ait: Si domiuus deus fuerit nobiscum, et custodierit nos ab inimicis nostris, et uisio hec fuerit adimpleta, edificabo hic in loco isto ecclesiam sacratissime virginis Marie genitricis sue.

Hoc dicto castra mouerunt, et descenderunt in allodio quod dicitur Zimgota.[1]) Mons autem quidam nomine Monorod interiacebat exercitum, et lucescente quinta feria uolebant preliari, sed densissima obscuritas superuenientis nebule eos impediuit. Nocte vero insequenti dextrarios suos per habenas in manibus tenentes, ortum solis prestolabantur. In diluculo autem sexte ferie rex ordinatis agminibus suis, equitauit trans uerticem montis Monorod, et precepit salmariis ut in latere eiusdem montis remanerent, quatenus hostes uidentes turmas illorum, non sarcinas, sed in presidio constitutos esse putarent. Vyd autem dicebat: Statim ut exercitum nostrum uiderint fugient Sed et duces summo mane suas acies ordinauerunt. Cumque Ladizlaus se armaret in terram se prostrauit,

[1]) Zyngota.

Digitized by Google

et omnipotentis die clemenciam postulauit, et beato Martino uotum uouit, ut si dominus ei uictoriam concederet, in eodem loco ecclesiam in honore beati Martini construeret. Quod et factum est. Et in medio siquidem Bihoriensi agmine Ladizlaum [1]) locato ex sinistra parte, Otthonem uero ex dextera constituerunt. Geysam uero in Nitriensi agmine in medio collocauerunt. Preterea ex utraque parte ter tria agmina quaternatim connectendo conseruauerunt. Cumque rex de monte descenderet, exercitus Geyse, qui inferiori loco erat uidebatur eleuancior [2]) cunctis exercitibus Salomonis. Quo uiso dixit Erney ad comitem Vyd: Mirum est si agmina ista fugiant a facie nostra, quia Danubium post dorsum eorum non misissent; sed puto ut ipsi proposuerunt uincere siue mori.

Dux autem Ladizlaus ante exercitum suum super arduum equum residens, gratia exortandi suos, et animandi, in girum (85) flexit abenas. Cumque tetigisset ueprem lancea, quedam hermellina albissima mirum in modum lancee eius insedit, et super ipsam discurrendo in sinum eius usque deuenit. Cum autem commissum esset prelium comes Vyd et bachienses in primo ictu a Bohemis miserabiliter sunt prostrati. Ladizlaus autem dux commutauerat signa sua cum vexillo ducis Geyse ea intencione, quod Salomon audacius inuaderet illud agmen, in quo signa Geyse gestabantur, putans esse agmen Geyse quem nuper deuicerat. Dux autem Ladizlaus affectabat custodire fratrem suum Geysam ducem ab insultu Salomonis, et ideo primos impetus belli in se maluit experiri. Rex itaque cum uenisset ad agmen Ladizlai, ipso cognito timore eius perterritus precepit signiferis declinare agmina super agmina ducis Geyse.

Ladizlaus autem uidens regem pre timore diuertisse a se, ipse primus omnium irruit super agmina regis. Cunctique milites sui impetum fecerunt super eum a tergo. Sed

[1]) Ladizlao. T. [2]) elevatior.

Digitized by Google

et ex aduerso Geysa dux cum suis acriter inuasit eosdem. Milites autem Ladizlai agmina Salamonis, tamquam in cortinis retro respicientia terribili tinnitu gladiorum sauciata, in morte conclusit crudeli. Sed ex transuerso milites Geyse pocula dire mortis eisdem propinarunt. Ceduntur theutonici, fugiunt latini, locumque fuge non inueniunt, et cadunt ante hungaros ut boues in maccello. Rex autem Salomon fere omnibus suis interfectis, aufugit, et in Zygetfeu Danubium transiens, cum Opus Martini filio venit tandem in Musun ad matrem et uxorem. Persecutusque est eum et suos, exercitus ducum a mane usque ad uesperam. In prefato namque prelio non solum teutonici aut latini ceciderunt, sed maior pars milicie regni Hungarie dicitur corruisse.

Duces autem Geysa et Ladizlaus triumpho uictorie diuinitus sublimati super cadauera interfectorum deo ter laudes proclamauerunt. Dux autem Ladizlaus sicut erat semper eximie pietatis videns tot milia interfectorum, quamuis inimici eius fuissent qui occisi erant, tamen (86) commota sunt omnia viscera eius super illos, et fleuit eos amare, scindens sibi genas et capillos planctu magno, tamquam mater in funere filiorum. Postea de spoliis eorum constructa est ecclesia de Monorod. Marchart uero dux teutonicorum, et Sentepolug dux Bohemorum capti sunt, militibus suis interfectis, et ipsis grauiter uulneratis.

Cumque Ladizlaus perambularet gemens in cadaueribus mortuorum uidens cadauera Erney comitis, statim de equo prosiliit et ipsum amplexatus est, cui flens dicebat: Erney comes pacis amator doleo super te, quasi super fratrem meum, quia cor tuum et consilium tuum pace plenum erat. Quem manu propria leuans osculatus est eum, precepitque militibus suis, ut eum Bacie honorifice sepelirent. Cumque idem Ladizlaus ex alia parte ambularet, uidit cadauer Vyd et ait: Doleo super morte tua, quamuis nobis semper inimicus fuisses; utinam uixisses et conuersus fuisses, et pacem inter nos firmasses.

Digitized by Google

Sed miror, quia de genere ducum non fuisti, cur ducatum uolebas, nec de propagine —*) quare coronam optabas? Video nunc quia cor quod ad ducatum anhelabat lancea perforatum iacet, et caput quod coronam optabat gladio scissum est. Sed et ipsum sepelire precepit.

Milites ergo Geyse et Ladizlai, qui consilio Vyd in bello de morte fratrum uel filiorum, amaritudine complexi fuerant, statim de equo descenderunt, et pectus cum cutello scindentes, ad oculos suos diuerterunt, et terram in oculos eius proicientes dixerunt: Nunquam oculi tui rebus et nobilitate saciati sunt, nunc autem oculos tuos et pectus terra saciet.

Dux autem bohemorum Ottho, qui animam suam pro eis posuerat, copiose remuneratus repatriauit. Cumque Salomon uenisset ad Musun, videns mater eius fleuit super eum, sicut debet super unicum filium suum, qui tantis bonis a deo priuatus fuerat, et increpabat dicens: Fili karissime nunquam consilium meum audisti, nec consilium Erney, nec consilium aliorum fidelium tuorum, sed semper acquiescebas consilio Vyd, et ecce destruxisti te et tuos! Nonne semper lau(87)daui et dixi, quod sufficit tibi corona Hungarie, et ut dares ducatum in pace fratribus tuis. Nunc autem Vyd dux esse non potuit, nec tu amplius coronaberis. Quo audito rex iratus, uoluit matrem suam in faciem percutere, cuius manum uxor sua retinuit. Iam enim cognouerat rex Salomon, quod non auxiliaretur ei dominus in bello, et in eadem nocte collegit se festinanter in Musun et Poson, que castra iam pridem muniuerat. Matrem quoque et uxorem suam quando in prelium iuit illic reliquerat; ob quam causam uictus in prelio, ob timorem ducum ibi se recepit.

*) regum-supplet T.

Digitized by Google

LIX. **De coronacione Geyse regis.**

Porro duces Geysa et Ladizlaus cum exercitu Albam uenerunt. Deinde castrum porte Bobuth et Albam ac alia castra fortissimorum militum presidio munientes, dimissoque exercitu, habitabant in Hungaria. Tunc Geysa dux Magnus compellentibus hungaris, coronam regni suscepit. Post coronacionem autem ueniens in locum ubi facta uisio fuerat, et ceperunt cum fratre suo Ladizlao proponere de loco fundamenti ecclesie ad honorem Virginis matris[1]) fabricande. Et dum ibi starent iuxta Vaciam, ubi nunc est ecclesia beati Petri apostoli, apparuit eis ceruus habens cornua plena ardentibus candelis, cepitque fugere coram eis versus siluam, et in loco ubi nunc est monasterium fixit pedes suos. Quem cum milites sagittarent, proiecit se in Danubium, et eum ultra non uiderunt. Quo uiso beatus Ladizlaus ait: Vere non ceruus, sed angelus dei erat. Et dixit Geysa rex: Dic michi dilecte frater, quid fieri uolunt omnes candele ardentes uise in cornibus cerui. Respondit beatus Ladizlaus, non sunt cornua sed ale, non sunt candele ardentes, sed penne fulgentes, (88) pedes uero fixit, quia ibi locum demonstrauit, ut ecclesiam beate Virgini[2]) non alias, nisi hic edificari faceremus. Vt autem locus prime uisionis non sit sine edificio, a Geyse[3]) rege et suis fratribus decretum est, ut ibi capella in honore beati Petri principis apostolorum fundaretur. Rex igitur Geysa fundauit ecclesiam Vaciensem, et dotauit eam prediis multis et possessionibus. Non solum ecclesiam illam, uerum etiam Budensem, cui constituit tributum de Pesth, et tres uillas in Simigio, ac ornamenta preciosa.

Eo tempore Bisseni unanimiter rogauerunt regem Geysam, ut si eos libertati donaret, ipsi insultus regis Salomonis omnino cohercerent, ita quod nec auderet exire

---

[1]) Mariae. T. [2]) Virginis. [3]) Geysa. T.

Digitized by Google

de Musun et Poson, ad temptandam Hungariam. Rex autem Geysa peticioni eorum condescensurum promisit, si ipsi hoc quod promiserant adimplerent. Bisseni itaque cum principe eorum Zultan nomine equitauerunt super regem Salomonem. Rex autem Salomon marchionem theutonicorum promissa pecunia in auxilium asciuit. Cumque obuiam ageret Bissenis, marchio uidens horribiles aspectu et terribiles, timuit. Presertim quia subiit in mentem sibi quam miserabiliter perierant per hungaros Willermus et Poth et Marcard duces. Dixitque regi simulatorie: quod in quadragesimali tempore bellum non committerent. Sed si rex uellet confligeret, et si Bisseni preualerent, tunc ipse indubitanter auxiliaretur. Et sic ascendit cum suo exercitu in montem Bachy, et inde prospiciebat conflictus preliancium. Cum autem uenissent ad conflictum, Bisseni fugierunt a facie Salomonis, sicut fluit cera a facie ignis, et multis ex eis interfectis, alios in stagno Ferteu submersis, pauci cum Zultan fugiendo euaserunt. Victis itaque Bissenis, marchio pecuniam petiuit a Salomone, cui ille nichil dedit. Ipse autem minabatur ei, quod eum ante imperatorem accusaret, quia pre timore se ostendere non esset ausus uilissimis Bissenis. Marchio itaque predictus nomine Hernuh iratus uoluit uenire super Salomonem, sed timens imper(89)atorem cessauit, et tristis reuersus est ad propria.

LX. **Aduentus Imperatoris.**

Postea autem rex Salomon metuens Geysam regem (et) ipsius fratres cum rebus et familia Stiriam introiuit, et in claustro Agmund matre et uxore derelictis in Musun est reuersus, uolens collecto exercitu inuadere fratres suos. Cumque de die in diem Salomon deficeret, sed illorum processus reciperet felicia incrementa, confusus ad Cesarem direxit gressus suos, ut ei auxilium tribueret in Hungariam reuertendi. Et licet pecuniam dedisset affluenter

Digitized by Google

pro militibus solidandis, theutonici tamen et latini cum ipso ob metum non uenerunt hungarorum. Rex autem Salomon conquerebatur Cesari de amissione regni dicens: quod de regno suo uiolenter esset expulsus, et non tantum sibi sed magis imperio Cesaris hec iniuria esset illata. Et dicebat in tanto: tua quippe Hungaria, tuum regnum in quo me regem constituisti; me regnante optima regni illius tue maiestati gratanter offerebantur annuo censu, et secundum mandatum tuum tibi seruiebatur. Nunc autem hec omnia tibi denegantur ab his, qui imperio tuo detrimenta machinantur. Quapropter uenias in Hungariam, et tuam ulciscaris iniuriam, super hostes tuos, et regnum tibi vendices.

Hys igitur uerbis imperator motus cum magno exercitu intrauit Hungariam. Alimentum uero ad usum sui exercitus habunde nauigio ferebatur in Danubio. Cumque uenisset imperator ad fluuium Wag, Salomon acceptis tribus agminibus equitauit de Sempte super Nitriam. Exeuntes autem iuuenes confligebant secum nunc hys nunc illis fugientibus, et diu sine uulnere certantibus. Opus miles (90) electus ex milibus sedens super dextrarium suum irruit super portam ciuitatis, et unum de pugnantibus fulminauit. Nitrienses uero de morte socii sui turbati, acriter ingemebant, in Opus iaculantes lanceas, dextrarium suum interfecerunt. Ipse autem fortiter eis resistens illesus euasit. Inde ergo reuertentes theutonici narrabant imperatori audaciam Opus, et incredibilem eius potenciam in prelio. Imperator autem accersito eo magnis eum laudibus commendauit, et uerbis dulcibus gratificauit. Quesiuitque a Salomone, si apud Geysam et Ladizlaum essent multi tam boni milites? Salomon autem intendens laudare hungaros, inpremeditate respondit: Multi sunt inquiens, etiam multo meliores. Cui imperator: Si ita est, talibus militibus repugnantibus non recuperabis regnum. Rex autem Geysa audiens imperatorem peruenisse Vaciam, prudenti usus consilio, iussit attemptare et demulcere patriarcham aquilegi-

Digitized by Google

ensem, cuius consiliis imperator plurimum ascultabat,[1]) simul etiam omnes duces theutonicorum, promittens eis multam pecuniam si imperatorem reuerti facerent. Patriarche igitur et duces muneribus illecti, et auri amore capti, satagebant uariis figmentis inducere imperatorem ut reuerterteretur. Patriarcha enim finxit se uidisse sompnium, cuius coniectura manifestissime totum exercitum imperatoris diuina ulcione periturum, nisi quamcitius reuerteretur. Sed et duces finxerunt similiter se diuinitus attonitos.[2]) Conquerebanturque imperatori nescio quid opinari[3]) mali imminere, si non cito reuerterentur. Sequenti uero nocte duces theutonicorum instruxerunt quosdam astutos milites suos, ut ipsi uociferando, et clipeos suos alternatim percuciendo sedicionem ortam in exercitu simularent. Quod cum fecissent milites, magnus horror irruit super imperatorem, et uniuersum exercitum excogitate fraudis et simulationis inscium. Factus est itaque tota nocte illa tumultus magnus in castris. Mane autem facto conuocauit imperator patriarcham et duces in consilium, ut deliberarent quidnam (91) esset agendum. Patriarcha ergo et duces pecunia corrupti modis omnibus consuluerunt ei ut reuerteretur. Cesar autem ingeniis deceptus, simulans se Salomoni in posterum auxiliaturum, destructis nauibus in Theutoniam est reuersus.

LXI. **Fugit Salomon.**

At rex Salomon spe fraudatus gemebundus ac mestus collegit se in Poson. Confortatumque est regnum in manu Geyse regis, et ex eo tempore uocatus est magnus rex. Ducatumque dedit fratri suo Ladizlao. Dux autem Ladizlaus obsedit castrum Poson multis diebus. Milites vero Salomonis de castro exiebant, et cum militibus Ladizlai decertabant. Salomon autem et Ladizlaus aliquando exie-

[1]) auscultabat. T. [2]) amonitos. [3]) inopinati.

Digitized by Google

bant, signa sua cambientes, et uelut milites pugnabant. Contigit autem ut Ladizlaus in meridionali silentio ad castrum ueniret. Vidit autem Salomon uenientem, mutatis armis ignorabiliter exiuit ad eum, sed nec eum Ladizlaus agnoscebat. Milites uero Salomonis super castra sedentes illos aspiciebant; putabatque Salomon illum esse seruientem, et propterea iuerat decertare cum illo. Statimque cum ad eum uenisset, et faciem eius respexisset, uidit duos angelos super caput ipsius Ladizlai igneo gladio volantes, et inimicos eius minantes. Quo uiso Salomon fugit in castrum. Cui milites sui dixerunt: Domine quid est hoc quod uidimus? nunquam te a duobus vel a tribus fugere uidimus, quid ergo nunc? Quibus ipse dixit: Noueritis, quod homines non fugissem sed iste non est homo, quia protegunt eum igneo gladio. Quo audito mirabantur. Vnde ipsum magis timere ceperunt. Milites vero eiusdem Salomonis necessitate conpellente ad Ladizlaum ueniebant, ipse vero (92) ducali libertate*) et benignissima largitate refouebat, et ad dominum suum reuerti libere permittebat. Rex autem Magnus eo tempore natale Domini in Zugzard celebrauit. Quo petente archiepiscopus Desiderius sollempnem missam celebrauit, et sermone lucidissimo animum regis deliniuit, et ad bonum pacis inclinauit. Celebrataque missa, omnibus rite peractis, precepit rex ut omnes egrederentur preter episcopos et abbates. Tunc rex cum lacrimis prostratus est archiepiscopo et aliis ecclesiasticis personis seu prelatis, dicebat se peccasse, qui regnum legittime coronati regis occupauerat promisitque regnum redditurum Salomoni cum pace firma hoc modo, quod ipse coronam iure teneret cum tertia tamen parte regni, que ducatui appropriata erat; Salomon quoque duas partes regni coronatus teneret, quas prius detinebat. Episcopi ergo letas deo gracias egerunt, quia regem Spiritus sancti gracia uisitacione compunctum et illustratum esse uidebant. Tunc

*) regali liberalitate. T.

Digitized by Google

rex Magnus missis nunciis ad regem Salomonem explicauit ei per literas modum pacis pretaxatum. In currentibus itaque nunciis, et super hac re diuersis diuersa sencientibus, consumpcio reconciliationis effectum sortiri non potuit. Interea rex Magnus in grauem egritudinem incidit, et VII-o Kalendas May uiam carnis uniuerse uirtutibus adornatus est ingressus. Erat enim fide catholicus, deo deuotissimus, et princeps christianissimus. Regnauit autem tribus annis, et Vacie tumulatus in ecclesia B. Virginis, quam ipse construxit. In primo etiam anno regni sui ualidissima fames regnum Hungarie afflixit.

LXII. **Sanctus Ladizlaus coronatur in regem.**

(93) Audita uero morte regis Magni conuenit uniuersa multitudo nobilium Hungarie ad fratrem eius Ladizlaum, et eum communi consensu, parili uoto et consona uoluntate ad suscipiendum regni gubernaculum concorditer elegerunt; ymo uero magis affectuosissimis et instantissimis precibus conpulerunt. Omnes enim nouerant ipsum esse uestitum consumacione uirtutum, fide catholicum, pietate precipuum, largitate munificum, caritate conspicuum. Emicuit quippe quasi stella matutina in medio nebule, fugans tedia tenebrarum, et quasi luna plena lucet in diebus suis, velut etiam sol refulgens, sic effulsit in populo suo; quasi adeps separatus a carne. Et cum leonibus et ursibus lusit quasi cum agnis ouium. Numquid non occidit gygantem et abstulit obprobrium ex Israel? Conuertit enim inimicos suos undique, et exstirpauit aduersarios. Erat enim magnus secundum nomen suum maximum. Nam si ethymologie nominis eius alludamus. Ladizlaus, quasi laus diuinitus data populo dicitur. Laos enim populns interpretatur, dosis autem dans, vel dacio, siue datum. Prima enim sillaba nominis eius laus est per paragogen. Et quamuis ipsum Hungari in regem absque uoluntate sua elegerunt, nunquam tamen in capite suo coronam posuit, propter

Digitized by Google

quod pocius celestem coronam optabat quam terrenam, et uiui regis coronam. Sed usque legittime coronari et coronam habere noluit — in eius[1]) animo, ut si firma pax inter eos esse posset, regnum Salomoni redderet, et ipse ducatum haberet.

Postquam autem diuina dispensatione regni gubernacula suscepit, non mundanam gloriam caducam et transitoriam, sed celestem patriam et diuinam gloriam toto cordis affectu promereri studuit. Semper enim timorem domini pre oculis habuit in omnibus iudiciis suis, et maxime in causis (94) criminalibus, ubi ulcio siue pena sanguinis irrogatur. Diuina quidem inspiracione illustratus sciebat quod rex non tam regat, quam regatur. Vnde in omnibus iudiciis suis mitigata legum seueritate, semper utebatur misericordie lenitate. Erat enim consolator afflictorum, subleuator oppressorum, pius pater orphanorum, a cunctis enim regnicolis mutato proprio nomine pius rex uocabatur. Qui etiam uictor honoratus inclitus augustus extitit, non tam nominum proprietate, quam rerum ueritate;[2]) adauxit enim rempublicam Hungarie. Ipse prius Dalmatiam atque Croatiam sue monarchie iure perpetuo subiugauit. Cum enim rex Zolomerus sine liberis decessisset, uxor eius soror regis Ladizlai ab inimicis viri sui multis iniuriis pregrauata, auxilium fratris sui regis Ladizlai in nomine Iesu Christi implorauit. Cuius iniurias rex grauiter uindicauit, et Croatiam atque Dalmatiam integraliter sibi restituit. Quam postea a predicta regina suo subdidit dominio. Quod tamen rex non fecit propter cupiditatem, sed quia secundum regalem iusticiam sibi competebat hereditas. Quoniam quidem rex Zolomerus in primo gradu affinitatis eidem attinebat, et heredem non habuit.

Porro Salomon erat in Poson. Reuerentissimi autem episcopi laborabant pacificare eos. Rex autem Ladizlaus

---

[1]) desideratur verbum: statutum erat vel simile. [2]) male legit T. varietatem.

Digitized by Google

quamuis sciret Salomonem nimis esse trucem et impacibilem,[1]) uictus tamen pietate, et maxime iusticia compellente, quia ius legittimum Ladizlaus non habebat contra eum, sed omnia ex facto fecit non de iure, quarto anno regni sui pacificatus est cum Salomone, donans ei stipendia ad regales expensas sufficiencia. Optimates autem regni futura pericula bellice cladis caute precauentes, non paciebantur regnum partiri cum Salomone, ne nouissima fierent peiora prioribus. Salomonis autem cauteriatam conscientiam preconcepte iracundie amaritudo laniabat. Cepit itaque fremebundus estuanti animo machinari dolos, in perniciem innoxii sanguinis Ladizlai. Sed incidit in foueam quam fecit. Eodem etiam anno crux domini que Albe constituta fuerat percussa est a fulgure.

Rex autem (95) Ladizlaus deprehenso flagitio, cepit Salomonem, et in Vyssegrad retrusit in carcerem. Erat autem apud Salomonem Bodus filius Bokon in carcere. Hoc autem non causa timoris fecit, sed pro consanguineitate regis, qui semper minabatur facere peiora prioribus, et ut furor illius paululum temperaretur. Ipse enim assidue pro Salomone orabat, ut ad legem dei conuerteretur. Si uero Salomon conuersus fuisset, ueraciter regnum plenarie sibi restituisset, ipse ducatum sibi elegisset. Et quamuis Salomon in carcere fuisset, Ladizlaus multo magis ei condolebat. Sed postmodum Salomon rex dimissus de carcere, in eleuacione corporis sancti regis Stephani, et beati Emerici Confessoris astitit regi paucis diebus, et tandem fugiens adiit ducem Cunorum qui uocabatur Kutesk. Cui iurauit quod Transiluanam prouinciam proprietario[2]) sibi traderet, et filiam eius in uxorem acciperet, si ille in auxilium eius super Ladizlaum ueniret. Dux autem Kutesk inani spe seductus, cum magna multitudine Cunorum inuadens Hungariam, deuenit usque in prouinciam castrorum Vng et Borsua. Quo audito rex Ladizlaus irruit super

[1]) impatibilem. T. [2]) iure. add. T.

Digitized by Google

eos, et contriti sunt a facie eius, ceciderunt que in ore gladii multa milia Cunorum. Rex autem Salomon cum[1]) Kutesk sicut anates auulsis pennis ab unguibus austuris fugientes euaserunt. Rex itaque Ladizlaus tulit spolia eorum et in ympnis et confessionibus benedicebant deum, qui dedit eis gloriosam uictoriam. Fecit autem construi ibidem ecclesiam ad honorem dei omnipotentis, ob memoriam uictorie quam adiutorio dei obtinuerunt.

At rex Salomon cum latrunculis Cunorum inuasit Bulgariam et confinia Grecie, ubi ab exercitu imperatoris Grecie miserabiliter sunt percussi, e quibus pauci ualde euaserunt. Cum enim uidissent Cuni magnam multitudinem loricatorum, timuerunt ualde, ceperuntque festinare ut transirent Danubium, priusquam ab hostibus concluderentur. Qui ergo loricas non habebant, celerius pre leuitate precedebant. Salomon autem et sui atque alii loricati armorum pondere prepe(96)diti precedentes socios tardius sequebantur, et yems erat, ningebatque densissime, repleuerantque niues oculos eorum, et preoccupante niuium densitate non poterant uidere socios suos, qui precesserant. Errantes itaque ferebantur per inania. Sed et hostes persequebantur eos cominus. Cumque deuenissent ad quoddam castrum desertum et uacuum, intrauerunt illuc, et tota die et nocte ibidem manserunt. Hostes autem circumdederunt castrum undique. Obsessi uero uidentes se periculo famis perire, elegerunt magis pugnando mori, quam fame perimi. Summo itaque diluculo exierunt in hostes et simul cum interfectoribus suis interierunt, et quamplures ex eis occidebantur, qui eos interficiebant. Rex autem Salomon fugiens cum paucis uix euasit, et facili cursu transiuit Danubium, quia glaciatus erat. Cumque uenisset ad quoddam nemus magnum, dixit suis, ut pro recreandis equis paululum pausarent. Ipse uero deposito scuto, finxit se confestim reuersurum, et abiit in opacas partes siluarum;

[1]) et. T.

Digitized by Google

suis nichil tale opinantibus absentauit se ab illis, nec unquam ultra comparuit. Fractus quippe tot aduersis, uisitatus a spiritu salutari, qui ex ipsis aduersis non est effectus durior, nec contra iustissimam dei ueritatem libero pugnans arbitrio, sed manum misericordissime corripientis dei senciens, in recordacione commissorum ingemuit, et quantum iuste humanitatis arbitratu pensari potest, cum cordis contricione et satisfactione de peccatis suis penituit. Vere felix necessitas, que conpellit ad meliora; nam reuera necesse est, ut quem mundus odit, diligatur a deo. En nobile corpus regis Salomonis, regalibus deliciis educatum, iacet in puluere et cinere fatigatum, et qui prius pugnabat pro temporalibus, nunc solum intendit celestibus. Totum enim tempus uite sue in peregrinacione et oratione, in ieiuniis et uigiliis in laboribus et obsecrationibus consumauit. Visus est etiam semel in Hungaria tempore regis Colomani, sed statim dilituit, nec unquam amplius conparuit. Migrauit autem ex hoc seculo ad dominum et sepultus (97) est Pole in ciuitate Istria. Vxor autem et mater in Agmund requiescunt.

Post hec autem quidam de Cunis nomine Copulch filius Krul*) cum ualida manu intrauit in Hungariam, ut debellaret. Qui ultrasiluanum regnum depredauit, et predam secum ducebat. Qui depopulata terra transiluana transiens uenit ad Byhor, et circa flumen Vmsoer aliquantis diebus permoratus est. Deinde transiens Tysciam in Thocoyd, exercitum suum in tria agmina diuisit; duo agmina uersus sabulum uastare proposuit, unum uero circa Tysciam debellare dimisit. Debellantes uero et predantes uenerunt in locum, qui dicitur Bechey, cum multitudine predarum, et ad propria redire statuerunt. Qui dicebant: Venimus debellando, nunc reuertamur uenando. Tantam ergo predam de Hungaria habuerunt, quantam unquam aliqua gens potuit habere. Vxores etiam et filios nobilium secum in cap-

*) Kwl. T.

Digitized by Google

tiuitate ducebant. Rex autem Ladizlaus cum suis in Sclauonia fuerat. Cumque in reuersione sua hec omnia nunciassent, citius quam sciuerat reuersus est et cum suis militibus celeriter post eos equitauit. Quos circa fluuium Temes inuenit. Et illi putantes se omnino esse liberatos, plus affectabant uenationem quam bellum. Rex autem Ladizlaus militibus suis dicebat: Vtilius est michi mori uobiscum, quam uxores uestras et filios uidere in captiuitate. Hec dicens lacrimabatur, et primus uexillo rubeo impetum fecit in castra Cunorum. Contriuitque dominus Cunos ante faciem hungarorum. Rex itaque Ladizlaus militibus suis clamabat: Non interficiamus homines istos, sed capiamus eos, et si conuersi fuerint uiuant. Kopulch uero et meliores mortui sunt, et alii quamplures capti sunt, et nemo ex eis euasit preter unum seruientem nomine Escembu. Rex autem cum suis omnibus pro tanta uictoria gratias egit omnipotenti deo, qui eripuit eos de manibus hostium suorum, nominauitque fluuium Paganti, propter paganos usque in presentem diem. Hoc audientes Cuni de seruiente illo qui euaserat ualde contristati sunt, qui etiam coniurantes promiserunt se in(98)iuriam Kopulch uindicaturos. Miseruntque ad regem nuncios, et captiuos dimittere preceperunt uerbis superbis et contumeliosis, regem deriserunt, et statuerunt diem in Hungariam intrandi. Cumque rex audisset subrisit, et diem quam in Hungariam uenire proposuerant. Rex prius obuiam eis equitauit, timens depopulacionem Hungarie. Et quodam sabbato sumpmo mane prope Danubium impetum super Cunos fecit. In primo autem impetu rex ducem Kunorum nomine Akus percussit, et Cusem quem rex sibi infidelem putabat, in eadem die fideliter ac uiriliter seruiuit. Contriuitque dominus Kunos ante faciem hungarorum, et rex cum uictoria reuersus est.

Digitized by Google

LXIII. **Rex vadit contra Rutenos.**

Post hec autem rex gloriosus inuasit Rusciam, eo quod Kuni per consilium eorum Hungariam intrauerunt. Cumque uidissent se Ruteni male coartari, rogauerunt regis clemenciam, et promiserunt regi fidelitatem in omnibus. Quos rex piissimus grauiter[1]) suscepit. Deinde irruit in poloniam. Poloni uero contra ipsum uenientes pugnauerunt, sed hungari adiuuante deo uictoriam habuerunt. Exinde hungari castrum Korokou tribus mensibus obsederunt. Interim obsessi et obsidentes ceperunt egere. Rex autem et principes pecierunt ab omnibus hungaris noctis silencio, ut portaret unusquisque ocream solam[2]) de terra plenam (99), quod et factum est. Fecerunt autem ante castrum montem magnum de terra illa, quam desuper cum farina coperuerunt. Videntes autem obsessi, quia obsidentes habundarent uictualibus, et quod diu possent manere ante castrum, arcem cum uniuersis regi reddiderunt, et pacem ad uoluntatem regis ordinauerunt, seu conposuerunt. At inde transiuit in Bohemiam, et multos captiuos de Bohemis duxerunt impune in Hungariam. Et sic rex uictoriosissimus ad propria rediit cum gaudio.

LXIV. **De construccione Waradiensis ecclesie, et de morte regis Ladizlai.**

Post hec in parochia castri Bihor inter flumen Keres in uenacione sua inuenit locum, ubi angelico amonitu proposuit constituere monasterium in honore Virginis Marie, quem locum Varad nominauit. At rex Ladizlaus in ampliora semper se extendens, et de uirtute in uirtutem proficiens, non solum in Hungaria, sed in omnia regna christianitatis sue respersit suauitatis odorem. Vnde mortuo

[1]) gratanter. T. [2]) suam.

Digitized by Google

romanorum imperatore, duces et tetrarche theutonicorum, cunctique barones et optimates communiter et concorditer rogauerunt ipsum, ut susciperet imperium. Quia vero tempore suo non solum sua, sed que Iesu Christi sunt querebat, et illud diuinum (100) oraculum mente sedulo reuoluebat: Non transgrediaris terminos patrum tuorum. Suis itaque terminis contentus esse maluit, quam supra mensuram iuris augere affectans, alienigenarum et ignotarum gentium regimen suscipere recusauit. Vix autem in Hungaria deo pie ac fideliter seruiendo, et leges conuenienti vigore sancciendo poterat remanere.

Cumque celebrasset Pasca domini in Bodrog, ecce nuncii de Francia, et de Ispania, de Anglia et Britania ad eum uenerunt, et precipue de Wyllermo fratre regis Francorum, et ei omnipotentis dei iniuriam se ulcisci manifestauerunt, et sanctam ciuitatem, et sanctissimum sepulchrum de manu sarracenorum liberare pensauerunt. Vnde gloriosum regem rogauerunt, ut eis rector et gubernator in exercitu Jesu Christi existeret. Rex autem hoc audiens, gauisus est gaudio magno, et in eadem festiuitate a nobilibus Hungarie licenciatus est: tristabaturque tota Hungaria propter eum. Sed ipse quod inceperat, nullo modo dimittebat. Misitque nuncium ad Corardum ducem Bohemorum filium Othonis, et petiit ab illo ac precepit, ut secum ultra mare ire pro iniuria Jesu Christi prepararet. Ille autem libenti animo se promisit. Interim cognatus Corrardi ducis nomine Sentapolug, noctis silencio Pragam ueniens, ipsam ciuitatem cepit. Mane facto ab episcopo pragensi in solio ducali sedit, et a quibusdam honorifice susceptus est. Corrardus autem ad gloriosum regem auunculum suum uenit, et que ei acciderant narrauit, et regem in auxilium sibi uenire in propria persona rogauit. Rex autem concedens ei ita, quod de seruicio dei dux non remaneret. Et quia consanguinitatis uinculo illi iungebatur, etiam memor sue accionis[1]) ducis patris eius, qui sibi in

[1]) Otthonis. T.

Digitized by Google

auxilium contra Salomonem uenerat, promisit se in propria persona eum adiuturum. Habebatque rex secum fratres suos filios Geyse regis Colomanum et Almum. Pronosticatusque ita erat rex de Colomano, quia fusor sanguinis fieret. Voluit enim Agriensem episcopum eum facere. Audiens eadem nocte secessit in Poloniam, audiens quod pater eius et auus (101) Polonie honorifice suscepti essent. Secuti sunt eum de Hungaria Marcus et Vgra et alii.

Rex autem congregato exercitu suo, cepit ire contra Bohemos propter iniuriam nepotis sui. Cum autem peruenisset in confinium Bohemorum, grauis infirmitas eum inuasit. Conuocatisque principibus suis ad Colomanum nuncios misit, scilicet[1]) Marcellum prepositum, et Petrum comitem, ut ad Hungariam reuerteretur. Beatus autem Ladizlaus sic ordinauit, ut post ipsum Almus regnaret, qui sincera simplicitate ductus honorauit fratrem suum Colomanum, preferendo sibi coronam regni, tamquam cui iure primogeniture uidebatur competere.

Si quem autem scire delectat, quot et quanta bona genti sue beatus Ladizlaus fecit, de gestis eiusdem plenam poterit habere notitiam. Sanctitate igitur et gracia plenus transiit ad consorcia angelorum anno regni sui XIX-o et sepultus Waradini in monasterio suo. Anno domini MXCV-o III-o Kal. Augusti feria prima.

LXV. **Sanctus rex Ladizlaus moritur, et Colomanus filius Geyse regis in regem legittime coronatur.***)

Colomanus itaque filius regis Geyse de Polonia festinanter rediit, et coronatus est, et duci Almus ducatum plenarie (102) concessit. In cuius etiam temporibus multa mala sunt perpetrata ut inferius patebit. Erat namque habitu corporis contemptibilis, sed astutus et docilis, ispidus

[1]) in Cod. scm. sanctum, legit T.

*) De Colomano rege dicto Cunues. A.

Digitized by Google

pilosus luscus gibosus claudus et blesus. Cumque predicti peregrini Jesu Christi audissent de morte gloriosi regis Ladizlai, ualde condoluerunt, ac inde miserunt nuncios ad regem Colomanum ut quemadmodum gloriosum Ladizlaum rogauerunt, ita et de ipso petierunt, putantes ipsum esse de eadem pietate, quia ipse de eodem sanguine fuerat. Colomanus autem rex hoc audiens, non solum non ire cum eis promisit, sed etiam per terram suam uiam illis minime concessit. Exercitum autem contra eos misit, ut ad regnum introire non permitterent, putans ipsos esse tirannos, et non peregrinos. Illi autem spem in deo ponentes, et cuius signum portabant Iesu Christi, in illo confidentes Hungariam audacter intrauerunt, et ex Hungaris multos interfecerunt. Hoc audito rex congregauit exercitum suum circa Temes, et illos simulata pace ire dimiserunt.[1]) Cumque ad Zemlin peruenissent, et se in pace esse sperantes castra metati sunt. Castrum autem Zemlin ceperunt, quod rex alias insidias non faceret, et peiora prioribus non fierent. Deinde marchiam illam totam deuastabant, propter uictum, et quicquid rapere poterant ad castrum portabant. Rex autem in Temes utiliori consilio usus, pacem cum illis firmauit, et multis muneribus et uictualibus eos honorauit, et in pace ire dimisit. Illi autem peregrini proficientes ceperunt Anthiochiam, et adiuuante deo Ierusalem abierunt.

Cumque rex ad propria reuerteretur, et dux Almus ad ducatum iret, quidam iniqui dyabolico freti consilio ceperunt inter eos accusare. Dicebant enim duci: Domine dux! rex insidiatur tibi, et capere uult te. Deinde regi dicebant: Dux tibi posuit insidias, et si non custodieris te, scias procul dubio te moriturum. Hoc autem audientes ambo iuuenes et lasciui congregauerunt exercitum. Rex autem cum exercitu uenit contra ducem in Warkun, (103) et dux e contra uenit prope Warkun, Tisciam autem in-

[1]) dimisit. T.

Digitized by Google

ter eos dimiserunt. Fideles autem Hungari treugas ab ipsis petierunt, et ut colloquium haberent. Dixerunt: Quid est quod nos pugnamus? Isti nos obpugnant, moriemur; et cum ipsi euaserint fugient: sicut nudius tertius patres nostri uel fratres cum patribus eorum uel fratribus pugnaueruut, et ipsi mortui sunt. Nec nos uidemus causam pugne. Sed eis si pugna placet, ipsi duo pugnent, et quis eorum preualuerit ipsum pro domino habeamus. Quo statuto consilio principes reuersi sunt. Cumque Grak regi dixisset quemadmodum statuerant, et Ilia duci reuelasset, absque uoluntate eorum quieuerunt.

Post hec autem rex inuasit Rusciam, et ducissa Rutenorum nomine Lanca eiusdem regis, uenit obuiam regi, pedibus prouoluta obsecrabat regem cum lacrimis, ne disperderet gentem illam. Cumque regem non audientem instantissimis sollicitaret precibus, calcitrauit eam rex et amouit a se dicens: Non oportet regalem maiestatem fletu muliebri deturpari. Illa autem gemens reuersa est retrorsum, et rogabat omnipotentis dei auxilium. Plurimi autem Kuni cum Mircode cum precibus uenerant in auxilium Rutenorum. Qui de nocte consurgentes sumpmo mane percusserunt castra regis, usque ad interempcionem dissipauerunt ea crudeliter. Nobiles autem Hungarie communierunt regem circumquaque, fueruntque regi pro muro inexpugnabili. Kui autem persequentes comitem Euzem de genere Almasi, virum fortem et alacrem, interfecerunt eum, et omnes qui cum eo erant. Similiter et episcopos Kuppan et Laurencium, multosque alios bellatores fortes sagittarum transfixionibus occiderunt. Vnus autem ex Kunis nomine Monoch acriter persequebatur hungaros. Quem Mattheus miles regis optimus uolens conprehendere, impetum fecit in illum. Ille uero fugiens, missa post tergum sagitta pedem Matthei transfixit, et nisi socii multi insertis clipeis illum protexissent mortem non euasisset. Petrus itaque uersus est ad Monoch; cumque ad Petrum (104) sagittasset, sagittare non potuit, et usquedum aliam sagit-

Digitized by Google

tam acciperet, Petrus latus Monoch perforauit, quem captiuum ad regem uiuum perduxit. Tunc Iula comes in pedibus vulneratus euasit, de quo vulnere in Hungaria mortuus est. Rex itaque et omnes sui celeriter fugiendo uenerunt in Hungariam. Thesaurum autem regis, et omnes qui celeriter fugere non potuerunt Kuni rapuerunt. Tanta strages ibi fuit, quod raro hungari in tanta strage fuerunt. Qui autem ex hungaris in siluis euaserant, pre necessitate famis soleas calceamentorum suorum assando comedebant. Quid plura? Tanta tunc pericula facta sunt, que dici non possunt.

Rex autem de prima uxore sua genuit Ladizlaum et Stephanum anno domini MCI. Cumque rex esset in Dalmacia, in ciuitate Zadur, et cogitaret ciuitatem succendere pre duritia gentis illius, dormierat in pallacio suo, quod ibi edificauerat; et ecce sanctus —[1]) Zadriensis episcopus uenit ad eum horrido uultu, quem per capillos capiens traxit, et cum uirgis laureis valde uerberauit. Quem cum dimisisset et excitatus fuisset, illum non uidit, sed dolorem sentiebat, et ictus uirgarum super corpus suum aspiciebat. Quapropter a molestacione ciuitatis patienter cessauit. Deinde rex uolebat ire in Rusciam. Anno domini M-o C-o VI-o reuersus est dux Almus de Patauia, qui propter regis timorem illuc fugierat. Quem rex suscepit ad pacem. Deinde fugit in Poloniam, et accersito Polonorum et hungarorum consilio et auxilio reuersus est in Hungariam, et cepit Nouum castrum, et intrauit illud. Rex autem hoc audito obsedit castrum. Cumque in crastinum pugnare uellet, ecce dux subito equum ascendens portas castri exiens citissime equitauit solus ad castrum regis. Et cum ad tentorium regis uenisset, statim de equo descendens, et ad pedes regis uenit,[2]) et in ore omnium se culpabilem proclamauit. Rex autem nichil tale scientibus duci indulsit. Nam et indignationem suam ab hungaris qui

[1]) N. literam interponit T. [2]) uenisset. Cod.

Digitized by Google

in castro erant, per intercessionem ducis amouit. (105) Deinde dux Iherosolimam profectus est, et cum prosperitate rediens, rex eum suscepit ad pacem. Delectabatur autem dux in uenacionibus, et assiduus erat in eis, et dabat ei rex omnia ad uenandum necessaria.

LXVI. De constructione ecclesie Demes.

Dux autem construxit monasterium de Demes, rogauitque regem, ut ad consecracionem ueniret, et sic factum est. Post quam palatini accusabant ducem, quod insidias preparasset, ut interficeret regem in constructione[1]) monasterii sui. Quod et forte fecisset, nisi amici regis ipsum uigilantissime custodissent. Rex autem iratus voluit[2]) capere eum, sed reuerentissimi[3]) episcopi et alii boni principes scientes falsum esse quod ex confectione[4]) inimicorum duci imponebatur, intercesserunt pro eo apud regem, et pacificauerunt eos iuramento, dimisitque ducem in pace, ut in Bokon uenaretur. Misitque cum eo duos iobagiones sub pretextu honorandi eum; quos tamen clanculo instruxerat, ut animum ducis sollercius explorarent, si dux aduersus regem[5]) machinaretur, regi nunciarent. Cumque uenisset dux in Chour, et asture misso cornicem cepisset, simplici animo dixit iobagionibus: Nonne cornix ista iuraret asturi, ut si eam dimitteret, de cetero non uociferaretur? Illi autem respondent: Quod nec astur dimitteret cornicem propter iuramentum, nec cornix iurare posset, cum sit animal irracionale. Eadem uero (106) nocte uerba ducis regi nunciauerunt. Dux autem ueniens in Bokon causa uenandi statim absentauit se ab illis, et fugit iterum ad Patauos, regis teutonicorum auxilium imploraturus. Anno domini M-o C-o XII-o N. filius regis Colomani mortuus est, et rex secundam duxit uxorem de Ruscia, quam in

[1]) Cod. pro: consecratione. [2]) volebat T. [3]) reuerentissimum. Cod. [4]) confictione. T. [5]) eum. T.

Digitized by Google

adulterio deprehensam peccantem, nec uiolenta temeritate dimisit. Sciebat enim quia scriptum est: Deus quos coniunxit, homo non separet. Scilicet sine lege et absque racione. Ideo non ipse ab ea se separauit, sed lex ab ea eum separauit, quam reatus accusauit, culpa dampnauit, maleficium coartauit. Remisit ergo eam lex in terram suam. Que in[1]) ex adulterio genuit filium nomine Borith, Borith autem genuit Calamanum.[2])

LXVII. **Dux Almus et filius eius exoculantur.**

Anno domini MCXIII-o imperator propter ducem Almum mouit exercitum ingentem, et uenit in confinium Hungarie, ut colloquium cum rege haberet, et inter eos pacem formaret. Et quod[3]) factum est. Rex autem imperatori plurima dona misit, et sic honorifice repatriauit. Post hoc rex reduxit ducem Almum ad pacem. Confirmata autem pace, tandem rex cepit ducem, et filium eius Belam infantulum, et obcecauit eos. Sed et Belam infantulum preceperat castrare. Sed obcecator timens deum et regni sterilitatem, castrauit catulum, cuius testiculos tulit regi. Et de nobilibus regni obcecauit Vros, Vatha, et Paul. Nichil (107) tamen profuit innoxii sanguinis profusio, quem diuina ulcione premature mortis deglutiuit sorbicio, et puniuit temporalis regni destruccio. Vnde dictum est: Non sic impii, in omnes, et cetera. Ductus est autem[4]) dux Almus in monasterium suum in Demes. Post hec autem rex cepit egrotare grauiter, et habebat quemdam medicum latinum nomine Draconem, cui nimium credebat. Hic apposuit emplaustrum super aures regis, qui ex capitis dolore urgebatur et per concauitates aurium vis emplaustri non modicam extraxit partem cerebri eius. Remoto autem emplaustro, quod diucius tenere non poterat ostendit Othmaro comiti. Comes Othmarus inspiciens emplau-

[1]) in et ex. T. [2]) Colomanum. T. [3]) quod et. T. [4]) autem est.

Digitized by Google

strum, uidit in eo cerebrum extractum, dixitque regi: Domine expedit tibi, ut prepares te ad uiaticum. Quo audito timuit rex et ingemuit. Postea autem iniit rex consilium cum sceleratissimis Mark filio Syma, et Achille filio Iaco, et cum aliis comitibus, quorum consilio ducem et filium eius de gremio matris sue extractum excecauerat. Misitque ex eis quendam nomine Benedictum, filium Both apprehendere ducem, ne forte mortuo rege ipse ei succederet. Rex autem in morte precepit filio suo et principibus, ut ipsi post mortem suam super Rusciam ulciscerentur iniuriam, quam ipsi fecerant. Cum autem Benedictus recessisset, dux ante monasterium sedebat, plangens dolorem proprium. Qui cum audisset, quod equites festinanter uenissent, presensit animo sibi periculum imminere, et fecit se introduci in monasterium, et tenebat manibus altare sancte Margarethe uirginis, ut saltem pro reuerencia dei et sanctorum eius eum inde abstrahere non presumant. Benedictus autem per antifrasim dictus, sacrilegas manus iniecit in eum, et tenentem altaria uiolenter extrahebat. Dum quoque sic conaretur extrahere, diuulsa est cutis manus ducis, et infectum est altare sanguine. Sacerdotes autem obseruabant hostia ecclesie, et uolebant illum Benedictum capere. Ille autem hoc percipiens corde furibundo quomodo potuit exiuit, et dum festinanter equitaret per siluam Pelys, cecidit de equo, et ceruice fracta mortuus est. Et canes (108) eius qui sequebantur ipsum, deuorauerunt carnes eius et ossa.

Iste Colomanus, sicut quidam dicunt, fuit episcopus Waradiensis, sed quia fratres quos habebat, morte sunt preuenti, ideo summo pontifice cum eo dispensante regnare compellitur. Qui ab hungaris Cunues Calman appellatur. Eo quod libros habebat, in quibus horas canonicas, ut episcopus persoluebat. Iste Dalmatie regnum occiso suo rege Petro nominato in montibus Petergozdia Hungarie adiunxit. Galeas quoque Venetorum et naues solidans, et allocans pecunia maxima exercitum copiosum in Apuliam

Digitized by Google

destinauit Qui Apulia spoliata per tres menses permanserunt in ea. Vbi etiam Monopolim et Brundusium ciuitates expugnantes, Venetis ad tenendum pro utilitate regis Colomani reliquerunt. Ipsi autem in Hungariam abinde sunt reuersi. Que quidem ciuitates, per soldatos Parisanorum [1]) missos per Cesarem expulsis Venetis sunt rehabite. Regnauit autem annis XXV mensibus VI. diebus V. Anno domini M-o C-o XIIII-o tertio Nonas Februarii feria tertia migrauit ex hoc seculo. Cuius corpus Albe quiescit.

LXVIII. **Stephanus Colomani filius coronatur in regem.**[2])

Potentiores regni Stephanum Colomani filium in regem coronauerunt. Erat enim adhuc inpubes, sed spiritus eius in manibus eius. Anno autem nono regni sui intrauit Dalmatiam, et a dalmatiensibus honorifice est susceptus. Inde reuersus missis exercitibus suis fines polonicos [3]) deuastauit. Placuit autem regno, ut rex Stephanus cum duce Bohemorum colloquium haberet. Cumque uenisset ad confinium Hungarie prope (109) fluuium Orsoua, et dux Bohemorum obuiam illi uenisset, fluuius tamen eos interiacebat. Erat autem Solth semper inique cogitationis auctor, qui per iniquitatem suam de Hungaria fuerat expulsus, qui tunc ibi cum Bohemis presens erat. Antequam uero rex cum duce colloquium haberet, misit Solt nuncium ad regem clanculo dicens: Fidelis sum domino meo. Et quod noui de Bohemis sibi notifico. Vnde statim cum colloquium habebit cum duce, dux eum capiet. Quia audiuit tuos uenisse sine armis. At reuersus idem duci dicebat: Statim cum colloquium habueris cum rege, rex te capiet. Sed potius arma tuos, et ita in castris sedeant.

---

[1]) galiotas Pisanorum. T. [2]) De Stephano rege secundo. Potenciores proceres Stephanum filium Colomani in locum patris subrogarunt. Erat autem adhuc impubes A. [3]) m. exercitibus deuastauit poloniam. A.

Digitized by Google

Bohemi ergo, sicut furibundi et bibuli, fecerunt quemadmodum illis Solt laudauerat. Et alium nuncium misit ad regem dicens: Mittat rex sagittarios circa castra ducis, ne cito ad castra sua equitare preualeant. Rex autem ut fuit impetuosus, fecit sicut Solth dixerat, sine suorum consilio. Bohemi uidentes sagittarios uenire, sine dubio sciuerunt, ueritatem esse quod audierant. Qui impetum super sagittarios fecerunt. Bisseni atque Syculi uilissimi usque ad castrum regis, absque uulnere fugierunt. Rex autem hoc audiens, cum paucis celeriter equitauit uersus Hungariam, quia sui absque armis uenerant, et qui arma habebant armare se non poterant, quia inscii regis consilii erant. Putabatque rex in consilio equalem se Salomoni, in fortitudine Samsoni, in audacia Dauid. Sed illis equalis non erat. Bohemi autem acriter deuastabant castrum regis. Ianus uero filius Vrosa palatinus comes — longe descenderant[1]) de rege. Qui cum audissent, silenter ac suauiter suos armauerunt, et impetum super Bohemos, qui castra deuastabant fecit.[2]) Contriuitque dominus eos in ore gladii hungarorum, et dire morti[3]) sauciauit. Misitque Ianus post regem nuncium, et manifestauit illi uictoriam, quam dominus sibi dederat. Rex itaque reuersus gauisus est gaudio magno. Sed ualde doluit, quia Solt in eodem prelio mortuus non fuit, qui tanta mala mendaciis[4]) simulabat.

Rex autem Stephanus legittimam nolebat ducere ux(110)orem, sed concubinis meretricibus iunctus erat. Quare barones et optimates dolentes de regni desolacione et regis sterilitate, duxerunt ei uxorem dominam nobilissimam filiam regis Roberti Viscardi de Apulia. Venit itaque dux teutonicorum[5]) nomine Bezen ad regem, et conquestus ei est, ut frater suus eum de ducatu eiecisset, rogansque regis clemenciam, ut in propria persona sua

[1]) descenderat, audisset, armauit. T. post comes excidit aliquid. [2]) T. putat, fecerunt legi in Cod. [3]) dira morte T. [4]) suis add. T. [5]) Iam in editione notatur legendum esse Ruthenorum.

Digitized by Google

ipsum adiuuaret. Rex autem Stephanus uolens iniuriam patris sui regis Colomani uindicare, promisit ducem adiuuaturum, et collecto exercitu iuit in Rusciam. Cumque peruenisset, primus obsedit castrum. Contigit autem summo diluculo, quod predictus dux Bezen ambulabat circa castrum, preuidendo loca expugnandi municiones. Obsessi uero exiuerant de castro causa uisitandi hungaros. Cumque dux uidisset illos, impetum fecit super illos, qui viriliter pugnantes, ducem usque ad mortem uulnerauerunt. Cumque rex audisset de morte ducis, indignatus est ualde et precepit omnibus hungaris ut castrum obpugnarent, et eodem die eligerent municiones possidere uel mori. Principes autem Hungarie habuerunt consilium et dixerunt: Quid et quare morimur? Si ducatum vendicabimus, quem rex ex nobis constituet ducem? Stabilitum igitur sit inter nos, quod nullus castrum obpugnet, et dicamus regi, quia hec omnia absque consilio suorum principum facit. Cum uero principes uenissent ad consilium regis, omnes in duas partes se transtulerunt. Sed Cosma de genere Paznan erexit se, dicens regi: Domine quid est quod facis? Si cum multitudine morte militum tuorum castrum capis, quem ducem constitues? Si inter principes tuos eligis, nullus remanet. Numquid nos uultis regno relicto habere ducatum? Nos barones castrum non obpugnabimus. Si obpugnare uis, solus pugna. Nos autem in Hungariam recedimus, et nobis regem eligemus. Vnde ex precepto principum precones in castris clamabant, ut hungari quam citissime in Hungariam reuerterentur. Rex itaque cum uidisset se suorum auxilio iuste destitutum, reuersus est in (111) Hungariam. Post hoc tertio anno fines polonicos missis exercitibus deuastauit. Deinde misit exercitum, solummodo falangos[1]) aulicorum suorum, partes Bulgarie et Seruie deuastatum.

[1]) phalanges. T.

Digitized by Google

Interea imperatrix constantinopolitana filia regis Ladizlai nomine Pyrisk nunciauit regi Stephano[1]) dicens: regem Hungarie esse hominem suum, quam etiam contradicentem imperator castigauit. Cum autem hoc audisset rex, pro nimia reputauit iniuria, et collecto exercitu in impetu spiritus sui inuasit partes Grecie,[2]) atque alias ciuitates Grecie igne et gladio deuastauit, et cecidit timor super omnes[3]) ciuitates prouincie illius. Timebantque omnes reges Stephanum regem, tamquam ictum fulminis, unde infantes uagientes comminatione nominis regis Stephani quiescere conpellebantur.[4]) Habebatque rex secum septingentos milites Francos, quum quibus Bulgariam deuastabat, et per eorum ingenia muros castrorum Grecie destruebat. Ea de causa, quod imperator ad conflictum non ueniebat ad ipsum, misit rex nuncium ad imperatorem Grecorum, et uituperauit eum dicens: Quod non esset dignus uocari imperator neque rex, sed anus et vetula, quia sicut vetula semper est in ocio. Quo audito respondit imperator dicens: Indubitanter credat rex, quod sua in presenti anus[5]) simul cum umbilico virilia incidam. Ea de causa misit imperator exercitum ingentem in Hungariam. Venientesque transiuerunt in Hungariam in Haram, et hungari aliquod impedimentum facere non poterant. Quia greci per ingenia inflammabant ignes sulphureos in naues hungarorum, et eas in ipsis aquis incendebant. Misit itaque rex omne robur regni sui contra grecos, quibus prefecit Setephel. Qui uenientes pugnauerunt cum grecis ultra riuulum Karaso uersus Boron. Fuitque manus domini cum grecis, nec potuerunt hungari resistere.

---

[1]) imperator Maurinas maritus eius improperasset regi Stephano. add. A. [2]) brudinsium et Scardicum nec non et Nys aliasque ciuitates grecorum igne et gladio uastauit. A. [3]) prouincias illas que imperio constantinopolitano subdite fuerant. Timebant enim omnes regem Stephanum. [4]) cum rex ille dicebatur a parentibus illis infantibus qui uagiebant: ecce rex Stephanus uenit, statim conquiescebant. A. [5]) anno. T.

Digitized by Google

Tanta ergo strages raro facta est, quanta ibi contigit; riuulus enim Karasu humano sanguine in tantum mixtus fuerat, quod omnino sanguis esse putabatur. Iacebantque loricati homines in fluuio tamquam trunci, super quos fugientes (112) et persequentes transiebant riuulum quasi super pontem. Mactabantur autem Hungari tamquam boues, nec erat qui redimeret eos de manibus grecorum. Ciz vero Comes et alii boni milites ibi occubuerunt. Post hec imperator et rex per fideles nuncios conuenerunt ad colloquendum nauigantes in insulam que ciuitati Bororich [1]) proxima est. Ibi uero inter principes suos diu excusantes et incusantes, tandem pace roborata redierunt ad propria.

Rex itaque Stephanus multa mala faciebat que non debebat in impetu animi sui. Dominam Christianam conbussit, et super homines cocturas cum stercore equino faciebat fieri. Cereos magnos ardentes in fundamentum hominis stillare faciebat. Dux Almus seueritate regis Stephani minoris, seu mediam capitis diminucionem passus fuerat. Quamuis fuisset obcecatus, tamen mortem timens de rege Stephano, fugierat in Greciam. Qui ab imperatore honorifice susceptus erat, inposuit sibi nomen Constantinus; qui et ibi iam pridem edificauerat ciuitatem Constantinam in Machedonia, et multi hungari atrocitate regis Stephani fugierant ad ipsum. Quo mortuo corpus eius preceptu regis Fulbertus episcopus reportauit, et in Albensi ecclesia sepeliuit. Bela vero filius eius in Hungaria occulte tenebatur a principibus propter furorem regis. Qui omnes inito consilio regi manifestauerunt, quem post excecationem mortuum credebat. Quem cum rex ueraciter sciuisset uiuere a Paulo episcopo et Othmaro comite, quorum consciencia retentus erat, gauisus est gaudio magno. Quia absque dubio sciebat se heredem non habere. Statimque misit nuncios in Seruiam et filiam Vros comitis magni in legittimam uxorem Bele traduxerunt. Que non post mul-

[1]) Boronch. T.

Digitized by Google

tos dies procreauit Geycham. Quo audito rex gauisus est ualde. Disposuerat eum rex viuere in Talna. Et dabantur ei regalia stipendia. Antequam uero rex Belam sciuisset, coniurauerat regnum, ut post regem filius sororis sue Sophie nomine Saul regnaret. Contigit autem ut rex incideret in gra(113)uem infirmitatem Agrie, ita ut omnes mortem illi[1]) uidebant. Bors vero Comes et Iwan inani spe ducti, a traditoribus in regem electi sunt. Cum autem deo uolente rex conualuisset, Iuani caput decollauit, Bors uero comitem turpiter de curia reiecit in Greciam, et ita statutum est, quod de propagine sua amplius ad curiam regiam nullus dignus esse iudicaretur intrare. Propter hoc principes ausi sunt regem Belam manifestare, quia super hoc rex ualde condolebat, qui sibi succederet.

Rex autem Stephanus diligebat Kunos tunc temporis plus quam deceret. Quorum dux nomine Tatar, qui a cede imperatoris cum paucis ad regem fugerat, cum rege morabatur. Rex autem incidit in dissenteriam. Kuni uero qui promissionibus[2]) regis fuerant assueti sceleribus, nec tunc minus seuiebant in hungaros. Hungari vero uillani cum audissent, quod rex in mortis esset articulo, interfecerunt Kunos, qui eorum bona diripiebant. Tatar autem dux Kunorum conquestus est regi de nece suorum. Rex autem putabat anime[3]) aliquantulum alleuiatum esse ab egritudine. Cumque uidisset Tatar lacrimantem ceterosque Kunos circumfulsos lamentantes, quia supra modum diligebat eos, infremuit et dixit: Si sanitati restitutus fuero pro uno quoque, quem ex uobis interfecerunt, decem interficiam. Nunc de vita mea ne desperetis, quia conualui. Et hys dictis extendit manus suas in Kunos. Qui precipites irruerunt ad osculandum manus eius, et pre nimia pressura defatigauerunt regem. Vnde etiam recidiuo dolore corruptus sublatus est de medio. Sed cum esset in articulo mortis, monachalem habitum, relicto regno, suscepit, anno regni sui X-o VIII-o et sepultus est Varadini.

[1]) imminere. add. T. [2]) permissionibus. T. [3]) anima.

Digitized by Google

LXIX. **Hic Bela cecus filius Almi ducis ceci in regem legitime coronatur.***)

(114) Regnauit autem post eum Bela cecus, filius ducis Almi ceci, omnemque numerum malorum deuitans, bonorum operum exercitacioni humiliter adherebat. Nec posuit carnem brachii sui in adiutorium, nec habuit fiduciam in homine, sed ad Altissimum posuit refugium suum, et factus est Dominus protector eius. Et deduxit eum in multitudine misericordie sue, de fructu uentris sui posuit super sedem suam. Confirmatum est ergo regnum in manu eius, et inimicos eius dedit Dominus in obprobrium eius, usque in presentem diem. Genuitque quatuor filios, scilicet Geysam, Ladizlaum, Stephanum et Almum. Quo regnante regina Elena, habito consilio regis et baronum, fecit congregationem generalem in regno iuxta Arad. Illa igitur die dicte congregacionis, dum rex sedisset super solium regni sui, uenit regina cum filiis suis et sedit circa regem. Dixit autem ad populum uniuersum: Omnes fideles, nobiles senes et iuuenes diuites ac pauperes audite! Cum cuique uestrum deus uisum dederit naturalem, uolo audire cur dominus noster rex suis oculis sit priuatus, et quorum consilio hoc sit actum, modo mihi propalate, et eos fideliter in hoc loco uindicantes, nobis de ipsis finem date. Ecce enim deus regi nostro pro duobus oculis dedit quatuor. Facta igitur hac uoce irruit omnis populus super illos barones, quorum consilio rex obcecatus fuerat. Et quosdam ex ipsis ligauerunt, quosdam vero detruncauerunt. Sexaginta autem et octo prophanos ibidem crudeliter occiderunt, et omnes successores eorum tam viri quam mulieres eodem die sunt registrati. Insuper omnis illorum possessio ecclesiis cathedralibus est diuisa. Et sic omnes uille condicionales de Hungaria donaciones regum nominantur.

*) De beela ceco secundo rege. A.

Digitized by Google

tos dies procreauit Geycham. Quo audito rex gauisus est ualde. Disposuerat eum rex viuere in Talna. Et dabantur ei regalia stipendia. Antequam uero rex Belam sciuisset, coniurauerat regnum, ut post regem filius sororis sue Sophie nomine Saul regnaret. Contigit autem ut rex incideret in gra(113)uem infirmitatem Agrie, ita ut omnes mortem illi[1]) uidebant. Bors vero Comes et Iwan inani spe ducti, a traditoribus in regem electi sunt. Cum autem deo uolente rex conualuisset, Iuani caput decollauit, Bors uero comitem turpiter de curia reiecit in Greciam, et ita statutum est, quod de propagine sua amplius ad curiam regiam nullus dignus esse iudicaretur intrare. Propter hoc principes ausi sunt regem Belam manifestare, quia super hoc rex ualde condolebat, qui sibi succederet.

Rex autem Stephanus diligebat Kunos tunc temporis plus quam deceret. Quorum dux nomine Tatar, qui a cede imperatoris cum paucis ad regem fugerat, cum rege morabatur. Rex autem incidit in dissenteriam. Kuni uero qui promissionibus[2]) regis fuerant assueti sceleribus, nec tunc minus seuiebant in hungaros. Hungari vero uillani cum audissent, quod rex in mortis esset articulo, interfecerunt Kunos, qui eorum bona diripiebant. Tatar autem dux Kunorum conquestus est regi de nece suorum. Rex autem putabat anime[3]) aliquantulum alleuiatum esse ab egritudine. Cumque uidisset Tatar lacrimantem ceterosque Kunos circumfulsos lamentantes, quia supra modum diligebat eos, infremuit et dixit: Si sanitati restitutus fuero pro uno quoque, quem ex uobis interfecerunt, decem interficiam. Nunc de vita mea ne desperetis, quia conualui. Et hys dictis extendit manus suas in Kunos. Qui precipites irruerunt ad osculandum manus eius, et pre nimia pressura defatigauerunt regem. Vnde etiam recidiuo dolore corruptus sublatus est de medio. Sed cum esset in articulo mortis, monachalem habitum, relicto regno, suscepit, anno regni sui X-o VIII-o et sepultus est Varadini.

[1]) imminere. add. T. [2]) permissionibus. T. [3]) anima.

Digitized by Google

LXIX. **Hic Bela cecus filius Almi ducis ceci in regem legitime coronatur.***)

(114) Regnauit autem post eum Bela cecus, filius ducis Almi ceci, omnemque numerum malorum deuitans, bonorum operum exercitacioni humiliter adherebat. Nec posuit carnem brachii sui in adiutorium, nec habuit fiduciam in homine, sed ad Altissimum posuit refugium suum, et factus est Dominus protector eius. Et deduxit eum in multitudine misericordie sue, de fructu uentris sui posuit super sedem suam. Confirmatum est ergo regnum in manu eius, et inimicos eius dedit Dominus in obprobrium eius, usque in presentem diem. Genuitque quatuor filios, scilicet Geysam, Ladizlaum, Stephanum et Almum. Quo regnante regina Elena, habito consilio regis et baronum, fecit congregationem generalem in regno iuxta Arad. Illa igitur die dicte congregacionis, dum rex sedisset super solium regni sui, uenit regina cum filiis suis et sedit circa regem. Dixit autem ad populum uniuersum: Omnes fideles, nobiles senes et iuuenes diuites ac pauperes audite! Cum cuique uestrum deus uisum dederit naturalem, uolo audire cur dominus noster rex suis oculis sit priuatus, et quorum consilio hoc sit actum, modo mihi propalate, et eos fideliter in hoc loco uindicantes, nobis de ipsis finem date. Ecce enim deus regi nostro pro duobus oculis dedit quatuor. Facta igitur hac uoce irruit omnis populus super illos barones, quorum consilio rex obcecatus fuerat. Et quosdam ex ipsis ligauerunt, quosdam vero detruncauerunt. Sexaginta autem et octo prophanos ibidem crudeliter occiderunt, et omnes successores eorum tam viri quam mulieres eodem die sunt registrati. Insuper omnis illorum possessio ecclesiis cathedralibus est diuisa. Et sic omnes uille condicionales de Hungaria donaciones regum nominantur.

*) De beela ceco secundo rege. A.

Digitized by Google

Quia uero hungari semper fluctuant (115) iniuria sicut mare salsum, filii nequam Leuiatan per nuncios inuitabant Borith adulterum, ut ueniret, et eorum adiutorio regnum sibi uendicaret, credentes ipsum esse filium regis Colomani. Borith itaque ascito rutenorum polonorumque auxilio, uenit in confinium Hungarie in directo loco qui dicitur Seo. Rex autem collecto exercitu ibat obuiam ei. Plurimi autem ex nobilibus, in partem Borithi cesserant. Proceres autem Hungarie uocati sunt ad colloquendum cum rege. Interrogauit autem eos rex, si scirent Borichium adulterum esse, uel filium regis Colomani? Fideles autem regni responderunt, quod indubitanter scirent Borichium esse adulterum, et nullatenus dignum iam esse corona regis. Infideles autem et contradictores musitabant incerta, et titubantes in duas partes claudicantes.[1]) Rex autem et consiliarii eius, quantum in ipsis erat segregauerunt hedos ab agnis, et firmiter statuerunt, ut ibidem interficerent proditores. Ne forte si diutius differrent, traditores transferrent se ad Borich, et hoc regni reuerteretur in periculum. Orta est igitur seditio, et ibidem ceperunt Lampertum comitem, quem cum extraxissent a rege, frater eius germanus sedili — —[2]) scidit per medium caput eius et cerebrum per scissuram exiuit. Nicolaum comitem filium eius ibidem decollauerunt. Moynolth de genere Acus, et alios ibidem occiderunt. Residui uero ex traditoribus secesserunt in partes, et collectis uiribus suis uolebant regem inuadere. Fideles autem occurrerunt eis. Erat autem caput traditorum Tyodor de genere Symad, et Folcus, et Tytus, et precipuus Sampson. Laudauit autem Sampson, qui erat pater comitum Thomas et Turda, quod iret[3]) in conuentum regis, et ipsum coram multis uituperaret. Quo audito omnes laudauerunt. Et ipse Borich inani spe seductus, grates ei magnas retulit, et quod inceperat, hoc

[1]) claudicabant. T. [2]) quodam. add. T. [3]) irent — vituperarent T.

Digitized by Google

adimplere non simulauit, putans enim de uituperacione regis regnum habere. Rex autem descenderat prope fluuium Seo, et cum sederet in papilione sua cum suis principibus et militibus, ecce Sampson intrauit et regi dixit: Quid facis uilissime canis cum regno? Vtilius est (116) domino tuo Borich regnum habere, et tu uiuas in monasterio tuo, sicut uixit pater tuus. Cum uero[1]) principes regni subito commoti fuissent, Johannes filius Otthonis notarius regis, Symigiensis prepositus dixit ad comitem Bud: Quid expectamus, quare non apprehendimus eum? Cumque apprehendere uoluissent, ille citissime equum ascendens fugiebat. Illi autem ad presens equum non habebant, qui de circulo regis ad consilium pedes uenerant; sed tamen clamor magnus fuit. Cum autem seruiens comitis Bud clamorem audisset, equum sine sella ascendit, et ipsum cum lancea usque Seo persecutus est. Tyodor autem et alii socii eius uolebant nauem intrare, illum citissime traducere, sed usque huc non potuerunt. Sampson uero equitans cecidit in fluuium, quem persecutor in fluuio lanceauit. Habebatque Sampson sub tunica panceriam, qui pre grauamine lorice natare non potuit.[2]) Borich autem cum magna multitudine rutenorum et polonorum castra metatus est prope ad regem. Proceres autem regni Hungarie miserunt ad ducem rutenorum et polonorum, qui pro Boricho uenerant dicentes: Non decet uos contra iusticiam querere regnum homini adulterino. Nos enim scimus quod de iure regnum habere debeat Bela, et ipse regnat cum consensu totius regni. Hys auditis duces Ruscie et Polonie destiterunt amplius adiuuare Borichom, et reuersi sunt singuli in suas prouincias. Borich autem cum multitudine populorum uenit pugnare contra regem. Rex autem diuino fretus auxilio contriuit omne robur Borichi in prelio, et fugauit illum in gladio, conclusit exercitum Polonorum in morte, in ipsa festiuitate Marie

[1]) autem T. [2]) sed in flumine submersus interiit. add. T.

Digitized by Google

Magdalene, accipiens spolia eorum, et reuersus est cum magna uictoria. In ipso autem prelio acriter et precipue pugnauerunt Myksa, Gaab, et Batur, et multos ex illis ceperunt et interfecerunt. Eratque eorum lorica sanguine humano confecta. In hoc prelio Miksa cepit Tyodorium intentorem malorum, Vosos cepit Vitalem, Gaab uero fratrem comitis de Cracouia polonum, Batur cepit Endre. Quos cum ad regem dux(117)issent, grates multas retulit eis, et elegantissime remunerauit eos. Postquam autem regnum confirmatum esset in manu regis Bele, utebatur ex vino multum. Cuius aulici consueti erant, ut quidquid in ebrietate regis petebant, habebant. Et post ebrietatem rex recipere non poterat. Poch et Saul viros religiosos in ebrietate sua tradidit in manus inimicorum suorum, qui absque causa interfecti sunt. Regnauit igitur ipse Bela cecus annis nouem, mensibns XI. diebus XII. Migrauit autem ad dominum anno domini MCXLI-o Idus Februarii feria quinta. Cuius corpus Albe quiescit.

LXX. **Hic Geysa coronatur in regem.***)

Respexit autem dominus Hungariam, et dedit propugnatorem gradientem in multitudine fortitudinis sue. Dedit enim dominus regnum Geythe puero suo. Qui in die sancte Cecilie uirginis coronatus est. Cuius dextram apprehendit et confortauit, subiecitque ei gentes multas, et dorsa regum uertit in fugam a facie gladii eius. Rapolt vero miles Alamanus castrum Poson ex — probitate[1]) Iuliani comitis ceperat. Quod hungari non pro modica habuerunt penuria. Sed rex adolescens ea non silenter quieuit. Duxit enim rex exercitum contra furorem teutonicorum insultancium, et Hungarie (118) confinia deuastan-

[1]) lacunam in cod. industria et improbitate explet. T.

*) De secundo Geysa rege. A.

Digitized by Google

cium. Quamuis enim Cesar in propria persona non uenerat super regem, uniuersum fere robur regni Teutonicorum ad extirpandam Hungariam commouerat. Herricus autem quidam dux Austrie, principalis aduersarius regis, omnes bellatores de Saxonia et de Bauaria secum adduxerat Erat enim tutor pupilli[1]) ducis Herrici Leonis, cui Saxonia et Bauaria hereditario conpetebant. Congregati sunt itaque teutonici in multitudine fortitudinis sue confidentes, et sicut gygantes steterunt contra hungaros. Rex autem cum uniuerso exercitu suo posuit spem suam in deo, et ordinatis agminibus cepit ire contra hostes suos. Sed et sacerdotes et leuite cunctique clerici qui aderant in spiritu contribulato et corde contrito implorabant adiutorium domini nostri Iesu Christi, et presidia sanctorum angelorum, et maxime inuocabant clemenciam dei genitricis uirginis Marie, cuius patrocinio beatus rex Stephanus Hungariam specialiter commendauit. Rex autem accinctus est gladio et gloria Domini apparuit super eum, confortatumque est illico cor eius diuinitus, et ipse robustior factus quam prius, exhilarata est facies eius, et totus alacer ibat in prelium. Cumque appropinquasset Guncel, quidam autenticus qui utramque linguam eorum bene nouerat, nunciauit regi, quod exercitus teutonicorum appropinquaret. Et dixit optimum tempus esse regi ut irrueret super eos, quia pauci sunt, et non omnes, quos in adiutorium vocauerant uenissent. Tunc rex cum omni exercitu suo accelerauit super eos trans metas Hungarie. Teutonici vero quasi gygantes obstupebant in equis arduis et optimis, superbi et abusione insultantes impetebant Hungaros, ut contumeliis suis terrorem eis incuterent. Hungari vero ex aduerso appropinquauerunt ad prelium, et intonuerunt buccinis, et clanxerunt classicis, et clamauerunt ad Dominum, et clamor uociferantium ascendit in celum et belligerentium et commissum est prelium. Bisseni uero pessimi et

[1]) popli. Cod.

Digitized by Google

Siculi uilissimi omnes pariter fugierunt sicut (119) oues a lupis, qui more solito preibant agmina hungarorum. Tunc etiam priusquam hungari confligere cepissent, quedam agmina hungarorum perterrita sunt a furore teutonicorum. Preualuerunt teutonici hungaros in initio bellici conflictus, qui sicut heretici, circa principia semper feruescunt, et in fine tepescunt. Tunc auunculus domini regis, Bele ban nominatus, gloriosus in milibus suis irruens super agmina teutonicorum, percussit eos ex aduerso grauiter, et magnam stragem fecit in illis. Sed electi milites regis impetum fecerunt in hostes: grauatum est prelium contra teutonicos, et fortitudo eorum dissipata est, et corruerunt in ore gladii plus quam septem milia bellatorum, residui uero fugierunt. Saluauit igitur deus hungaros in die illa de faucibus draconum crudeliter seuiencium. Ibi usque adeo contritum est robur teutonicorum, quod nec rusticis hungaris in confinium eorum habitantibus aliquam iniuriam, seu quodcunque grauamen inferre presumpserunt. Rex autem diuina gracia felici potitus uictoria, simul cum uniuersa gente sua benedixit et glorificauit deum. In eodem autem prelio comes Vros cepit comitem Rapolt teutonicum, qui iam pridem nocturnis insidiis castrum Poson occupauerat, et Gabriel Accionem.[1]) Post hec in diebus illis fames afflixit Hungariam, que magnam partem hominum in morte obsorbuit.

LXXI. **Cesar Corrardus per Hungariam uadit Iherosolimam.**

(120) Circa etiam eadem tempora Corrardus Cesar iter faciens Iherosolimam, per Hungariam. Hungarie vero non Christi peregrinus apparuit, in qua non pacem, sed potius iram tiranni et predonis exercuit. Nam peticionis simulacione inuenta, aditum,[2]) a regno Hungarie pecuniam

[1]) Otthonem. T. [2]) pro aditu. T.

Digitized by Google

non modicam extorsit, ita ut nulla mater ecclesia siue monasterium totius Hungarie remaneret, de quo pecunia non extraheretur et peregrinanti Cesari pre timore non offerretur. Cuius Cesaris precessum egregius rex Francorum uenerabiliter, et ut decet Christi peregrinum subsecutus, a rege Geycha honorabiliter susceptus est. Apud quem aliquamdiu commoratus, conpaternitatis uinculo regi Geyche sociatur, et tali dileccionis nodo internexo, multis muneribus, a rege Geycha honeste conducitur, et preter omnem regni molestiam,[1]) Hungarie fines cum suo exercitu[2]) in Greciam penetrauit. Postmodum autem rex Geycha, referente quodam milite suo nomine Gurk, audiuit quod Borich, adulterius regis Colomani esset in comitatu regis Francie, misitque ad eum dicens: Non est bonorum reddere malum pro bono, nec insidiantem uite mee uestrum erat defendere. Hys auditis facta est contencio inter reges Francorum; querebant enim milites eius, quisnam esset inter eos, qui mortem regis machinaretur, ut inuentus ab hys interficeretur. Borich autem uenerat consilio quorumdam hungarorum, ut si ipse regnum intrare posset, tunc a multis pro domino haberetur, et relicto rege ei multi adhererent. Qui uero cum talia audisset statim ad pedes regis Francorum se prostrauit, uitam ab eo et ueniam rogaturus, ut eum absque lesione extra regnum cum eo ire permitteret. Cumque rex Geycha audisset Borich apud regem Francorum, rogans eum ut pro amicicia sua Bori(121)chium ei uinctum remitteret. Cumque hoc rex Francorum audisset, dixit: Nouerit rex, quod domus regis quasi ecclesia, pedes eius quasi altare, et quomodo possum reddere uinctum eum, qui ad domum regalem quasi ad ecclesiam, et ad pedes regis quasi ad altare se prostrauit? Cui nuncius ait: Quoniam magistri nostri sic interpretantur ut adulterinam progeniem ecclesia non communicat. Borich autem uidens sibi mortem imminere, ea nocte

[1]) excidit: per. [2]) transeundo. add. T.

Digitized by Google

rapuit unum dextrarium regis Lodouici, et aufugit. Quidam autem de agazonibus occurrens ei uoluit eum tenere, quem Borich cum gladio percuciens, a uertice usque ad medium pectus eius descidit, et ipse manus sequentis euasit.

Post hec autem rex Geycha dedit ducales expensas fratribus suis Ladizlao et Stephano, duxitque exercitum in Rnsciam super Lodomerium ducem ut uindicaret iniuriam soceri sui Minosloy, pro quo etiam iam pridem miserat exercitum, qui male tractatus fuerat a Rutenis et Cunis. Regnauit autem annis uiginti, mensibus tribus, diebus XV. Migrauit autem ad dominum anno domini MCLXI-o pridie Kal. Iunii feria quarta. Cuius corpus Albe quiescit.

LXXII. **Stephanus coronatur.***)

Loco eius coronatur Stephanus filius eius et regnauit annis XI. mensibus nouem, diebus tribus. In cuius imperio dux Ladizlaus filius regis ceci usurpauit sibi coronam dimidio anno. Migrauit autem ad dominum anno domini MCLXXII-o[1]) Kal. Februarii feria prima, cuius corpus Albe quiescit.

LXXIII. **Stephanus usurpat sibi coronam.**

(122) Post hunc autem Stephanus frater eius usurpauit sibi coronam mensibus quinque. Coronatus est autem tercio Idus Februarii in dominica Exsurge, deuictus est autem in festo sanctorum Geruasii et Protasii feria tercia, ubi nobiles Hungarie corruerunt. Post hoc expulsus est de regno. Obiit in castro Zemlen anno domini MCLXXIII-o tercio Idus Aprilis feria quinta. Cuius corpus Albe quie-

[1]) XIX. add. T.

*) De tercio Stephano rege hungarie. A.

Digitized by Google

scit. Idem uero rex Stephanus filius Geyse migrauit ad dominum anno domini MCLXXIII. quarto Nonas Martii, feria prima. Cuius corpus Strigonii quiescit.

LXXIV. **Bela tercius coronatur.***)

Postea regnauit Bela frater eius, qui fures et latrones persecutus est, et peticionibus loqui traxit originem ut romana habet curia et imperii. Qui coronatus est in diebus[1]) Ianuarii feria prima. Regnauit autem annis XXIII. mense uno diebus XIX. Obdormiuit autem in domino anno eiusdem MCXC Kal[2]) May feria tercia. Cuius corpus Albe quiescit.

LXXV. **Emericus coronatur.**[3])

(123) Cui successit Emericus filius eius et regnauit annis VIII-o mensibus VII diebus VI. Huius uxor Constantia filia regis Arragonie, Cesari Frederico per consilium apostolici copulatur. Migrauit autem ad dominum anno domini MCC pridie Kal. Decembris feria III. Cuius corpus requiescit in ecclesia Agriensi.

LXXVI. **Ladizlaus secundus coronatur.**[4])

Post eum regnauit Ladizlaus filius eius, et coronatus est VII Kal. Septembris feria quinta. Regnauit autem mensibus VI diebus V. Migrauit autem ad dominum anno eiusdem MCC primo Nonis May. Cuius corpus Albe quiescit.

---

[1]) Idibus. T. [2]) MCXCVI. IX. Kal. T. [3]) De Emerico rege filio regis beele tercii. A. [4]) De secundo Ladizlao rege.

*) De beela rege tercio. A.

Digitized by Google

LXXVII. **Andreas pater sanote Elyzabeth coronatur in regem.**[1])

(124) Huic successit Andreas filius Bele tertii. Qui Andreas coronatus est uicesimo septimo die post obitum regis Ladizlai, quarto Kal. Junii in Penthecostes. Cuius uxor fuit domina Gertrudis de Alamania, de qua genuit Belam, Colomanum, Andream et beatam Elyzabeth. Sed proh dolor humani generis inimico procul dubio suadente, uxorem Bank bani magnifici uiri domina memorata ui tradidit cuidam fratri hospiti deludendam. Quam ob causam idem Bank banus de genere Bor oriundus, suum gladium in regine sanguine miserabiliter cruentauit, et diro vulnere sauciatam anno domini MCCXII interfecit. Cuius corpus in monasterio griseorum monachorum de Pelis tumulatur. Pro cuius nece vox flebilis insonuit in tota Pannonia, et in omni genere Bank bani execrabilis et horrenda[2]) est sanguinis effusio subsecuta.

LXXVIII. **Andreas vadit Iherosolynam.**

Post hec Andreas terram sanctam uisitauit ad mandatum domini pape. Quod mandatum acceperat dum esset adhuc dux, sicut habetur extra de uoto et uoti redemptione[3]): Licet uniuersis. Quia ipse compleuit et redemit votum patris. Et ibi in terra sancta super exercitum Christianorum contra Soldanum Babilonie capitaneus et dux preficitur, et mox uictor efficitur gloriosus. Mansit autem tribus mensibus. Regali denique thezauro exposito diuersorum sanctorum per ipsum reliquie conparantur: caput uidelicet protomartyris Stephani, et caput beate Margarete uirginis et martyris (125), dextera beati Thome apostoli,

[1]) De secundo rege Andrea filio beele tercii. A. [2]) horrendas. C. [3]) vocab. extra hic ponit T.

Digitized by Google

et sancti Bartholomei; item de uirga Aaron, et una de sex idriis illis in quibus Christus mutauit aquam in uinum, et alie multe, quas potuit tunc congregare. Reuersusque in Hungariam cum pretiosis thezauris sanctorum.

Regnum autem suum reinuenit in prospero statu. Non tamen hoc suis meritis sed sanctorum quorum reliquias afferebat ascribi uoluit. In occursum ergo regis Benedictus filius Ega cancellarius regine omnes prelatos ecclesie conpellebat. Modo autem illas reliquias sanctas specialiter ille ecclesie habent, quorum prelati regi uenienti obuiam occurrerunt. Transactis itaque nouem annis rex generosam Elyzabeth filiam suam nobili uiro Lodouico Turingie Lanthgrauio copulauit. Qui post multos annos similiter cruce signatus deuote Iherosolimam pergens, ibidem migrauit ad Christum. Cuius festum Iherosolimis deuote celebratur. Migrauit autem rex Andreas ad dominum anno domini MCCXXXV, tricesimo anno regni sui. Cuius corpus in monasterio de Egrus feliciter requiescit.

LXXIX. **Rex Bela quartus coronatur.***)

Rex Bela post eum filius eius coronatus est pridie Idus Octobris feria prima qua cantatur: Da pacem domine! in cathedrali ecclesia beati Petri Albe, quam ipse consecrari fecit, Colomano duce fratre eiusdem ensem regalem ad latus ipsius honorifice tenente, Daniele uero duce Rutenorum equum suum ante ipsum summa cum reuerencia ducente. Regnauit autem XXXV annis. Anno domini MCCXLI ipso Bela regnante Mangali siue

LXXX. **Aduentus primus Tartarorum.**

Tartari cum quinquies centenis (126) milibus armatorum regnum Hungarie inuaserunt. Contra quos Bela rex

*) De rege Bela quarto. A.

Digitized by Google

iuxta flumen Seo prelians uincitur, in quo prelio fere extinguitur militia regni Hungarie, uniuersa. Ipso uero Bela rege ad mare fugam faciente, Tartari usque ibi ipsum crudeliter insecuntur. Manserunt enim ipsi Tartari in regno Hungarie tribus annis. Et quia seminare illis temporibus non potuerunt hungari, ideo multo plures post exitum illorum fame perierunt, quam illi, qui in captiuitatem ducti sunt, et gladio ceciderunt. Post hec autem rex Bela reuersus est de maritimis partibus, et ducem Austrie Fredericum uirum bellicosum ante Nouam ciuitatem gens occidit in prelio hungarorum, et transfixit per maxillam. Licet tamen idem dux ceciderit in hoc bello, Bela rex prefatus triumphum cum hungaris perdidit.

LXXXI. **Pugnat rex cum Othocario.**

Post hec idem rex anno domini MCCLX-o congregauit exercitum copiosum contra Othocarum regem bohemorum circa Morauiam una cum filio suo Stephano et Alpra duce cumanorum. Sed uictus fugit circa Haymburg III-o Idus Julii. Erat enim uir pacificus, sed in exercitibus et preliis minime fortunatus.

LXXXII. **Flagellat se populus.**

(127) Ipsius etiam tempore anno domini MCCLXIII-o plebs flagellis se feriendo uniuersaliter discurrebat. Obiit autem anno domini MCCLXX-o V[1])-o Nonas May feria VI-a in festo Inuencionis sancte crucis in insula Budensi. Et sepultum est corpus eius Strigonii in ecclesia Fratrum minorum, constructa ad honorem uirginis gloriose, quam ipse dominus rex Bela adhuc uiuens sumptuoso opere et pulchro fecerat incoari. Vbi cum domina regina consorte

[1]) Codex recte. Toldy in nota 161 putat erratum esse: „V. P. et ceteri male MCCLXXV. Nonas May.

Digitized by Google

sua Maria nomine, filia imperatoris grecorum et duce Bela filio suo carissimo feliciter requiescit. Vir virtutibus plenus, cuius memoria quasi mel dulcorosum usque in diem hodiernum in ore omnium hungarorum, et aliarum plurium nationum suauescit. Cuius corpus Philippus archiepiscopus Strigoniensis de ecclesia memorata auferri exhumando fecerat contra iura, et in sua ecclesia cathedrali indebite tumulari. Super quo facto coram supremo [1]) pontifice causa diutius uentillata, Fratres minores cum honore maximo rehabere ex integro meruerunt, et coram uirginis ara gloriosius condiderunt, ubi hi pulchri uersus continentur: Aspice rem caram tres cingunt uirginis aram, Rex dux regina, quibus assint gaudia trina. Et sequitur: Dum licuit, tua dum uiguit rex Bela potestas Fraus latuit pax firma fuit regnauit honestas.

LXXXIII. **Stephanus filius Bele coronatur.** [2])

Post ipsum anno domini MCCLXX-o cepit regnare filius eius Stephanus super totam Hungariam. Qui Othacarum regem bohemorum in Hungariam cum bohemis australibus bramburgensibus ac ceteris mixtis gentibus cum potentia uenientem ante fluuium Rapcha deuicit uiriliter (128) ac fugauit. Preterea Budun ciuitatem bulgarorum expugnauit, et bulgaros superauit, regem eorum sibi compulit deseruire. Regnauit autem duobus annis et mortuus est in anno tertio regni sui in Magna insula, et sepultus est in ecclesia beate Virginis in insula Budensi, in loco Beginarum.

LXXXIV. **Ladizlaus filius Stephani coronatur in regem** [3])

Cui successit Ladizlaus filius eius, et coronatus est eodem anno, quo mortuus est pater eius, videlicet anno

[1]) summo. T. [2]) De Stephano rege qnarto. A. [3]) De Ladizlao rege tercio.

Digitized by Google

domini MCCLXXIII-o.[1]) Qui[2]) imperatore adiuuante circa Morauiam occidit regem Othocarum supra dictum in prelio. Postea cum anno domini MCCLXXXII-o Oldamir dux Cumanie congregato exercitu cumanorum, circa lacum Hood uocatum, uolens hostiliter regnum inuadere hungarorum ut suo dominio subiugaret, contra eum rex Ladizlaus, ut fortis Iosue pro gente sua et regno pugnaturus accessit. In cuius exercitu Lorandus filius Thome miles strenuus contra Cumanos lanceauit cum impetu uirtutis sue, et laudabiliter percussit plurimos et prostrauit. Postea cum prelium committeretur inter partes fortissimum, subito et inopinate ex diuina clementia pluuia grandis exoritur contra faciem paganorum, et qui in arcubus sperabant et sagitta, propter ymbrium densitatem, iuxta propheticum, facti sunt ut stercus terre. Et sic rex Ladizlaus uictoriam obtinuit diuino fretus auxilio. Tandem postea pauci de ipsis Cumanis qui euaserant ad Tartaros fugientes quorum instinctu Tartari anno domini MCCLXXXV-o secunda uice

LXXXV. **Secunda uice intrant Tartari.**

(129) intrauerunt in Hungariam, et usque Pesth uniuersa miserabiliter combusserunt. Iste enim rex Ladizlaus filiam regis Karoli de Apulia in coniugium habebat. Sed spreto thoro coniugali filiabus adhesit cumanorum, Cyduam Cupchech et Mandulam uocatas, ac alias quamplures in concubinas habebat; quarum amore cor eius est merito deprauatum et a suis baronibus et regni nobilibus odio habebatur.

---

[1]) milesimo ducentesimo septuagesimo secundo. T. [2]) rex Ladizlaus anno domini milesimo ducentesimo septuagesimo sexto. add. T.

Digitized by Google

LXXXVI. **Firmanus legatus intrat.**

Hinc insuper contra eum, qui cumanice et non catholice conuersabatur Philippus Firmanus sedis apostolicé legatus aduenit, qui barbas radere, crines detruncare contra mores hungaricos, et pileos cumanicos, quorum usus in hungaria iam in consuetudine habebatur, abicere demandabat. Regem etiam anathematis uinculo feriens, ut paganos odiret, ritum christianorum diligeret, et thoro uiueret coniugali. Sed nichil in rege proficiens repatriauit.

LXXXVII. **Rex Ladizlaus interficitur.**

Post hec in breui ipse rex anno domini MCCXC-o feria secunda proxima ante festum sancte Margarethe uirginis et martyris prope castrum Kereszeg ab ipsis cumanis quibus adheserat est miserabiliter interfectus. Tempore enim istius regis Ladizlai cepit Hungaria a sua magnifica gloria reflecti, ut casus flebiles et euentus inferius ostendent. Ceperunt namque in ea (in)testina bella con(130)-surgere, ciuitates confringi, ville per conbustiones ad nichilum redigi, pax et concordia penitus conculcari, diuites deficere, et nobiles rusticari pre inopia paupertatis. Illo tempore biga, scilicet duarum rotarum uehiculum a regni incolis, currus regis Ladizlai ducebatur, quia propter continua spolia animalia uehicula trahentia defecerant in regno, sed homines more pecorum bigis iuncti uices animalium impendebant.

LXXXVIII. **Dux Andreas de Veneciis in Hungariam inducitur.***)

Post cuius regis mortem eodem anno XVIII-o die Andreas dux de Veneciis coronatur. Qui viuente adhuc

*) De Andrea rege tercio. A.

Digitized by Google

Ladizlao rege adductus in Hungariam fuerat. Cuius Andree regis ortum et originem uideamus, qua racione meruerit coronam Hungarie accipere. Cum enim rex Andreas secundus, pater quarti Bele regis et Colomani ducis mortua prima uxore sua, uel potius interfecta ut superius dictum est, mare ad mandatum ecclesie transfretasset in terram sanctam, ad expugnandum pro sepulchro domini, ibi uictor existens reuertebatur feliciter cum honore. Tandem in Ytalia applicuit, et quadam uice apud marchionem Estensem est magnifice hospitatus. Ille uero marchio cognoscens regem esse uiduum, filiam suam excellenter pulchram et bene ornatam conspectui regis astare fecit. Rex uero uidens eam pulchram, et suis oculis gratiosam, cum absque hoc ducere uellet uxorem, cum eadem domicella eodem die contraxit matrimonium, et in Hungariam secum duxit. Mortuo vero rege Andrea, domina ista uolens redire ad parentes suos, conuocatis principibus regni Hungarie archiepiscopis et episcopis, se grauidam prole manifestis indiciis demonstrauit, et sic est reuersa in terram suam Esth vocatam, et ibi apud patrem suum puerum masculum peperit, quem in baptismo Stephanum uocauerunt. (131) Qui nutritus et educatus sub hoc titulo, quod esset filius regis Hungarie, tandem ad etatem ultimam deueniens[1]) usurpare dolose marchionatum uoluit aui sui; sed idem auus suus preualens ipsum remotius aufugauit. Et sic Stephanus fugiens abiit in Ispaniam ad Iacobum regem Aragonie, qui habebat in uxorem sororem istius Stephani, filiam Andree regis Hungarie; et ibi aliquamdiu commoratus, iterum in Ytaliam ueniens electus est potestas a ciuibus in Rauenna. Inde fugatus uenit Venecias. Ibi autem uir quidam ciuis Venetensis ciuitatis potior et dicior cognoscens et sciens ueraciter hunc esse filium regis Hungarie, tradidit sibi filiam suam in uxorem, et omnium bonorum suorum participem eum constituit. Ex illa autem

[1]) deuenientis. T.

Digitized by Google

habuit filium Stephanus, quem Andream uocauit nomine patris sui. Qui Andreas auxilio et consilio auunculorum suorum, qui erant infinitarum diuiciarum, uiuente adhuc rege Ladizlao in Hungariam subintrauit, eo quod esset dux, qui deberet habere portionem in regno regis Andree, titulo aui sui. Cum autem rex Ladizlaus fuisset occisus, a baronibus regni Andreas dux feliciter coronatur. Qui anno secundo regni sui cum exercitu maximo Austriam debellauit.[1]) In cuius imperio quidam nobiles regni Iohannes scilicet et Herricus banus filii Herrici ac Vgrinus filius Pouch de Vylac aliique quamplures in preiudicium regis Andree a papa Bonifacio VIII-o regem petierunt.

LXXXIX. **Rex Karolus adhuc[2]) existens, in Hungariam[3]) de Neapoli per quosdam barones regni Hungarie introducitur.**

Quorum instantiam papa admittens, quendam puerum XI annorum nomine Karolum anno (132) domini MCCXCIX-o uiuente adhuc Andrea rege in Hungariam destinauit. Cuius Karoli generacio et origo tali modo habetur. Rex Stephanus quintus filius Bele quarti regis Hungarie inter alias filias habuit unam nomine Mariam uocatam, quam Karulo claudo filio Karuli magni, qui ex donacione ecclesie fuit rex Sycilie, tradiderat in uxorem. Qui rex Carolus claudus ex illa filia Stephani regis genuit Carolum Martellum nomine. Carolus vero Martellus ex filia imperatoris Rodolphi Clementia nomine genuit filium, quem primo in terra sua uocauerunt Carobertum, quasi Carolum Robertum. In Hungaria autem ablato Roberto,

---

[1]) ita enormiter, quod unus teutonicus emebatur pro denario. Nam in primo anno regni sui duxit uxorem de polonia, que obiit in aduentu domini, anno domini MCCLXXXXVI-o. In eodem autem anno ante ascensionem domini duxit in uxorem filiam ducis Austrie. In cuius imp. etc. add. A. [2]) excidit vox: puer. [3]) Hungaria. T.

Digitized by Google

ipsum Hungari Carolum uocauerunt. Vt autem iste Carolus regnare ualeret, et contra Andream regem potestatem accipere, papa prefatus unum et alium de latere suo contra regem Andream pro Carolo destinauit. Qui nichil agere ualentes ad propria redierunt. Interim anno domini MCCCI-o in festo sancti Felicis in Pincis idem rex Andreas, in castro Budensi requieuit in domino, et sepultus est in ecclesia S. Iohannis Euangeliste apud Fratres minores.

XC. **Dux Vencezlaus de Bohemia inducitur.**

Postea mortuo rege Andrea barones regni eodem anno in duas partes celerius diuiduntur, ita quod Matheus, Omodeus, et Vgrinus potentissimi principes in regno ac alii nobiles quamplures Carulo puero adheserunt, et eum regem nominabant uerbo non facto. Dominicus uero filius Stephani dicti Porch magister Thauarnicorum quondam regis Andree, Demetrius filius Nicolai, Herricus filius Herrici, uiri ualde magnifici, cum Iohanne archiepiscopo Colocensi, et Andrea episcopo Agriensi, Emerico episcopo Waradiensi, Haab (133) episcopo Vaciensi, Anthonio episcopo Chanadiensi, Nicolao episcopo Boznensi, et Iacobo episcopo Scepsensi, cui usque nitam fuerat concessus episcopatus, in mense Iulio uersus Bohemiam processerunt ad regem Vencezlaum, ut regni susciperet gubernacula hungarorum, ne regni liberi libertatem amitterent in suscepcione per ecclesiam dati regis. Ad ipsum autem regem Bohemie ob hanc racionem posuerunt gressus suos, quia rex Othocarus, qui per regem Ladizlaum fuerat interfectus, sicut est superius enarratum, habuit in uxorem filiam domine Anne, filie Bele regis quarti, qui ex ea genuit filium nomine Vencezlaum, qui regnauit in Bohemia patre mortuo multis annis. Qui Vencezlaus uenire noluit, sed filium suum ex filia imperatoris Rodolphi procreatum et genitum nomine similiter Vencezlaum in quadam villa Godin uocata circa Morouam ex parte Bohemie, quo pre-

Digitized by Google

fati nobiles et episcopi conuenerant, in regem hungaris tradidit naturalem. Et ipsi confectis instrumentis literarum, et roborato fidei firmamento unanimiter susceperunt. Abhinc Te deum laudamus altissime proclamantes ad Albam ciuitatem regiam deuenerunt, ubi Iohannes archiepiscopus Colocensis cum episcopis aliis superius nominatis honorifice eum coronarunt. Sedes namque tunc archiepiscopatus Strigoniensis, uacabat. Inde Budam uenientes, ibique Iohannes archiepiscopus obdormiuit in domino, et Iacobus episcopus Scepsensis quieuit in pace. Tumulantur autem in ecclesia sancti Iohannis apud Fratres minores.

XCI. **Rex Ladizlaus reuertitur ad patriam suam scilicet Bohemiam.**

Postea rege iam dicto, quem Hungari Ladizlaum uocauerunt, in Buda degente nullum castrum, nulla potencia seu potestas, nullum ius regale, sicut Carulo puero, ex parte baronum restituuntur. Sed (134) una pars regni Carulum, altera Ladizlaum regem appellabant nomine tantum sed non re uel effectu regie maiestatis, seu potestatis. Tunc rex Vencezlaus pater Ladizlai nouiter coronati, uidens et considerans palliatas uersucias hungarorum, anno domini MCCCIII-o cum multitudine exercitus Pannoniam est ingressus, et iuxta Danubium circa Pesth aliquantulum residens, Ladizlaum filium suum cum corona regni accipiens, et Ladizlaum filium Vernerii rectorem seu iudicem budensem, in suum regnum in pace reuertitur.

XCII. **Papa per sacerdotes budenses excommunicatur.**

Eodem tempore Frater Nicolaus de Ordine Predicatorum episcopus Hostiensis Cardinalis, apostolice sedis auctoritate suffultus, in Hungariam pro Carulo aduenit. Qui Bude residendo diebus aliquot, uidens se nichil posse proficere, reuersus est in curiam, et ibi mortuo Bonifacio

Digitized by Google

ipsum Hungari Carolum uocauerunt. Vt autem iste Carolus regnare ualeret, et contra Andream regem potestatem accipere, papa prefatus unum et alium de latere suo contra regem Andream pro Carolo destinauit. Qui nichil agere ualentes ad propria redierunt. Interim anno domini MCCCI-o in festo sancti Felicis in Pincis idem rex Andreas, in castro Budensi requieuit in domino, et sepultus est in ecclesia S. Iohannis Euangeliste apud Fratres minores.

XC. **Dux Vencezlaus de Bohemia inducitur.**

Postea mortuo rege Andrea barones regni eodem anno in duas partes celerius diuiduntur, ita quod Matheus, Omodeus, et Vgrinus potentissimi principes in regno ac alii nobiles quamplures Carulo puero adheserunt, et eum regem nominabant uerbo non facto. Dominicus uero filius Stephani dicti Porch magister Thauarnicorum quondam regis Andree, Demetrius filius Nicolai, Herricus filius Herrici, uiri ualde magnifici, cum Iohanne archiepiscopo Colocensi, et Andrea episcopo Agriensi, Emerico episcopo Waradiensi, Haab (133) episcopo Vaciensi, Anthonio episcopo Chanadiensi, Nicolao episcopo Boznensi, et Iacobo episcopo Scepsensi, cui usque uitam fuerat concessus episcopatus, in mense Iulio uersus Bohemiam processerunt ad regem Vencezlaum, ut regni susciperet gubernacula hungarorum, ne regni liberi libertatem amitterent in suscepcione per ecclesiam dati regis. Ad ipsum autem regem Bohemie ob hanc racionem posuerunt gressus suos, quia rex Othocarus, qui per regem Ladizlaum fuerat interfectus, sicut est superius enarratum, habuit in uxorem filiam domine Anne, filie Bele regis quarti, qui ex ea genuit filium nomine Vencezlaum, qui regnauit in Bohemia patre mortuo multis annis. Qui Vencezlaus uenire noluit, sed filium suum ex filia imperatoris Rodolphi procreatum et genitum nomine similiter Vencezlaum in quadam villa Godin uocata circa Morouam ex parte Bohemie, quo pre-

Digitized by Google

fati nobiles et episcopi conuenerant, in regem hungaris tradidit naturalem. Et ipsi confectis instrumentis literarum, et roborato fidei firmamento unanimiter susceperunt. Abhinc Te deum laudamus altissime proclamantes ad Albam ciuitatem regiam deuenerunt, ubi Iohannes archiepiscopus Colocensis cum episcopis aliis superius nominatis honorifice eum coronarunt. Sedes namque tunc archiepiscopatus Strigoniensis, uacabat. Inde Budam uenientes, ibique Iohannes archiepiscopus obdormiuit in domino, et Iacobus episcopus Scepsensis quieuit in pace. Tumulantur autem in ecclesia sancti Iohannis apud Fratres minores.

XCI. **Rex Ladizlaus reuertitur ad patriam suam scilicet Bohemiam.**

Postea rege iam dicto, quem Hungari Ladizlaum uocauerunt, in Buda degente nullum castrum, nulla potencia seu potestas, nullum ius regale, sicut Carulo puero, ex parte baronum restituuntur. Sed (134) una pars regni Carulum, altera Ladizlaum regem appellabant nomine tantum sed non re uel effectu regie maiestatis, seu potestatis. Tunc rex Vencezlaus pater Ladizlai nouiter coronati, uidens et considerans palliatas uersucias hungarorum, anno domini MCCCIII-o cum multitudine exercitus Pannoniam est ingressus, et iuxta Danubium circa Pesth aliquantulum residens, Ladizlaum filium suum cum corona regni accipiens, et Ladizlaum filium Vernerii rectorem seu iudicem budensem, in suum regnum in pace reuertitur.

XCII. **Papa per sacerdotes budenses excommunicatur.**

Eodem tempore Frater Nicolaus de Ordine Predicatorum episcopus Hostiensis Cardinalis, apostolice sedis auctoritate suffultus, in Hungariam pro Carulo aduenit. Qui Bude residendo diebus aliquot, uidens se nichil posse proficere, reuersus est in curiam, et ibi mortuo Bonifacio

Digitized by Google

VIII-o in summum pontificem eligitur et creatur, et Benedictus appellatur. In suo autem recessu ciues ciuitatis budensis pro quodam casu in interdictu reliquerat. Interdictum quippe religiosis et plebanis stricte seruantibus, surrexerunt pseudo-sacerdotes et perfidi, qui manifeste diuina populo celebrabant, et sacramenta ecclesiastica ministrabant publice interdictis. Insuper malum malo cumulantes perniciosius, conuocato populo, accensis lucernis summum pontificem Christi uicarium, archiepiscopos et episcopos uniuersos regni Hungarie, ac uiros religiosos communiter excommunicatos altis vocibus promulgabant. Hoc factum est castrum budense quodam dicto Peturmano regente, quem Ladizlao captiuato rex prefecerat Vencezlaus.

XCIII. **Dux Ottho introducitur.**

(135) Interdum uero filii Herrici, et quidam alii nobiles Otthonem ducem Bauarie subintroducunt in regem Hungarie, qui ueniens, et coronam regni a Vencezlao ablatam petiuit sibi dari, ac secum ferens anno domini MCCCV-o Albam regalem ciuitatem petiit ut ibi coronaretur legittime in regem. Quem Benedictus episcopus Wesprimiensis, et Frater Anthonius episcopus Chanadiensis in regem inunxerunt, et dicta corona regia coronarunt. Inde Budam ueniens, et in die sollempni — in decoro regio coronam sanctam habens in capite per omnes plateas et uicos incedebat eques cum populo copioso, ut cunctis se esse regem legittimum publicaret. Qui in breui terram Erdelw cum Beke filio Thome censuit uisitare, ubi Ladizlaus Woyuoda ipsum captiuauit et in castro suo tenuit uinculatum multis diebus. Qui miserabili fortuna sibi occurrente, de regno expellitur hungarorum.

Digitized by Google

XCIV. **De inuenoione sacre corone.**

Nec hoc pretermittendum est, quod cum sacra corona per dictum Otthonem ducem ad Hungariam portaretur, propter timorem hostium fecit illam includi per artem tornatoriam in flasconem. Cum autem equitaret cum suis sub noctis silencio in strata publica, in qua plurimi uiatores transibant, casu de sella corrigiis, ubi erat flasco ille ligatus, quasi uas uinarium, nullo uidente cecidit resolutus. Postmodum vero luce clarescente, dum uidissent non esse thezaurum illum preciosum, quo citius potuerunt, timore percussi, retro celeriter cucurrerunt. Quam coronam inter multos transeuntes in terra iacentem in medio publice strate inuentam a nemine repererunt. Forsitan ceciderat (136) in prima uigilia noctis, reinuenta est autem sequenti die circa tempus non dubium uespertinum. Mirum certe et miraculum non tacendum! Quid enim per hoc quod illa corona cecidit intelligo, nisi quia dux ille usque uitam suam portare non potuit hanc coronam, sed amisit de capite coronam ipsam pariter et honorem. Quid est quod a nullo inuenta, sed ab ipsis qui portabant? nisi quod ne Pannonia data sibi corona ab angelo priuaretur. Quo facto in eisdem euentibus Ladizlaus filius Wernerii de captiuitate regis Vencezlai anno fere tercio liberatur, et cum Iohanne filio Chaak castrum budense per portam que est iuxta synagogam iudeorum feria quinta post festum beate Petronelle virginis noctis in silencio subintrauit, et quosdam ciues budenses suos aduersarios et proditores inuasit subito et destruxit. Peturmanus autem iudex ciuitatis nudus fugiens uix euasit. Duos enim ex ipsis ciuibus, scilicet Martunherman[1]) et magistrum Martinum, iuratos ciues de duodecim, in caudis equorum per uicos et plateas ciuitatis crudeliter trahi fecit, et eorum ossa ignibus con-

[1]) Marcum Hermann. T.

Digitized by Google

cremari. Bona eorum obtinuit et possedit. Sacerdotes insuper illos perfidos superius nominatos manibus cathenatis et pedibus Thome Strigoniensi archiepiscopo destinauit. Quos idem archiepiscopus carceri mancipauit, et in eodem tristem spiritum emiserunt.

XCV. **Dominus Frater Gentilis Cardinalis uenit in Hungariam.**

Cum igitur puer Karolus absque regni solacio in Hungaria moraretur, Frater Gentilis tituli sancti Martini in montibus presbyter Cardinalis de ordine Fratrum minorum ex autoritate summi pontificis plenaria anno domini MCCCVIII-o Pannoniam intrauit. Vno siquidem anno in pace transacto anno domini MCCCIX-o constitucione terribili promulgata, nobiles regni anathematis uinculo innodauit, pauperibus uero et diuitibus uniuersis diuina strictius interdixit. Et hec fecit illis nobilibus, qui iura regalia et reginalia nolebant restituere regi Carulo supradicto, et qui eum regem minime appellarent. Ladizlaum uero Voyuodam Transiluanum speciali excommunicacione feriens, eo quod coronam regni, quam ab Otthone duce dum eum captiuauerat, receperat, indebite detinebat. Et quia filiam suam idem Ladizlaus tradiderat filio Stephani regis Seruie scismatico in uxorem. Quapropter cum prefati nobiles extra cimiteria corpora iacencia conspicerent defunctorum, amaro spiritu perturbati, anno domini MCCCX-o congregati in campum Racus circa Pesth Carulum sepe dictum in regem concorditer susceperunt, et Albam properantes, feria quinta in octauis sancti regis Stephani sollempniter cum leticia coronarunt cum sacra corona a Ladizlao Voyuoda restituta. Anno eodem papa Clemens quartus, per cruciferos sancti Iohannis inter christicolas mundi huius inestimabilem thesaurum fecit sagaciter procurari ad passagium generale pro terra sancta expugnanda; tradens dictis cruciferis graciam

Digitized by Google

singularem, pecuniam largientes ab omnibus criminibus absoluendi usque ad continuos quinque annos. Sed postea de illo tanto thezauro nichil factum uidimus effectiue.

XCVI. **Pugna regis Karoli prope Cassam cum suis contra Matheum et filios Omodei.**

(138) Anno domini MCCCXII-o cum rex Carolus regale castrum Sarus uocatum a Demetrio filio Nicolai ex mandato Mathei potentissimi principis possessum suis uiribus obsideret, idem Matheus filius Petri de Trinchinio mille et septingentos milites lanceatos conducticios, et omne penitus suum posse contra regem in adiutorium Demetrii destinauit, ut ipsum regem de sub castro procul pelleret prepotenter. Principes autem exercitus Demetrium supra dictum, et Abam dictum pulchrum siue magnum constituit. Quorum aduentum rex audiens, putauit se non posse resistere, in Sepes se recepit. Cui Scepsenses equites patiter et pedestres fideliter concesserunt, cum quibus rex hostes suos audacius est aggressus. Qui interdum ciuitatem Cassa uocatam expugnare ceperunt, pro morte Omodei Palatini, quem in Cassa cassenses theutonici vel potius Saxones peremerant innocentem. Quibus cum exploratores conclamarent regis aduentum, dimissa ciuitate intrepidi obuiam regio exercitui processerunt. Et ad locum pugnandi magis aptiorem rex et ipsi plurimum festinabant, quem locum ipsi primitus occuparunt. Rex interim in quadam valle circa Harnad cum exercitu confessione sacramentali premissa, et absolutione accepta, susceptoque dominici corporis sacramento, a cruciferis supradictis, mori se per omnia parauerunt. At ipsi durissimi pacis hostes bellica arma induti, de montis cuiusdam cacumine, in uallem prefatam protinus certaturi obuiam regi descendebant, et in latere dicti montis, feria sexta in festo sanctorum Viti et Modesti prelium durissimum est commissum, quale a tempore tartarorum in Hungaria non contigit cele-

Digitized by Google

brari. In quo prelio de familia regis Kokos filius Stephani dicti Porch, et Stephanus filius Bagen,[1]) Ladizlaus filius Thome, Iacobus filius Aladarii, Michael filius Petri, (139) Gurke et Michael filii Gurke, et Petrus castellanus de Bereg preclari nobiles corruerunt. Gurke sub uexillo regis uexilliarius existens occisus, uexillo regis cadente, sub uexillo cruciferorum rege pugnante. Ex parte uero altera Demetrius filius Nicolai et Aba principes exercitus, ac duo filii Omodei mortis iaculo uulnerati prepropere ceciderunt, et alii quamplurimi letaliter sauciati ibidem et alibi mortis debita persoluerunt; et licet ex parte regis plures ceciderunt, tamen rex uictoriam obtinuit gloriose. Quod factum a deo esse credimus et fatemur.

XCVII. **Obitus domine Marie prime uxoris regis Karoli.**

Anno domini MCCCXV-o domina Maria prima consors domini regis nacione polona filia ducis Kasmerii tercio die post festum beate Lucie uirginis et martyris in Themeswar uite cursum feliciter terminauit, et in Alba regali in ecclesia beate virginis terre gremio commendatur. Anno domini MCCCXVIII-o accepit rex dominam Beatricem filiam regis romanorum sororem regis bohemorum de terra Luchumburgensi, que in reuolucione eiusdem anni obdormiuit in domino, et Waradini in cathedrali ecclesia tumulatur. Eodem anno ecclesiam beate virginis albensem, que frequenter incendio uastabatur, incepit rex tegere plumbeis tegumentis, et cum gloriosa testudine decorare. Insuper eciam columpnis firmissimis stabilire. Eodem anno mortuus est Matheus palatinus.

---

[1]) Bageri. T.

Digitized by Google

XCVIII. **Rex Karolus ducit in uxorem dominam Elyzabeth.**

(140) Anno domini MCCCXX-o accepit rex Karolus filiam Ladizlai regis polonorum Elyzabeth nomine, de qua anno domini MCCCXXI-o habuit rex filium nomine Karolum. Qui puer mortuus est eodem anno quo natus est, et in Alba sepultus. Anno domini MCCCXXIV-o in Vyssegrad in festo sancti Remigii de eadem regina rex genuit filium nomine Ladizlaum.

XCIX **Fundatio claustri Lypuensis.**

Anno domini MCCCXXV incoauit dominus rex Fratribus minoribus edificare ecclesiam in Lyppua ad honorem beati Lays noui sancti, episcopi tholosani et confessoris, qui fuit frater carnalis patris sui, scilicet primogenitus regis Sycilie, filius Marie regine, filie Stephani regis Hungarie, filii Bele quarti, professor uoto et habitu ordinis Fratrum minorum.

C. **Lodouicus nascitur.**

(141) Anno domini MCCCXXVI-o III-o Nonas Martii natus est eidem regi filius, quem nomine huius sancti confessoris consanguinei sui Lays pre gaudio appellauit. Anno domini MCCCXXVII-o feria quarta ante Dominicam ramis palmarum ecclesia beate virginis de Alba regali quamuis plumbo tecta fuisset contra incendium ut superius memini, tamen flebiliter est combusta, et tota plumbea materia in laminas producta de tecto eius a facie ignis uehementis fluxit liquide sicut cera, excepto uno campanili, quod supra sacristiam est, ubi sanctorum reliquie quam-

Digitized by Google

plurime posite conseruantur; quod nemo dubitat eorum meritis remansisse. Sed nichilominus eandem ecclesiam postea iterum plumbo texit.

CI. **Andreas dux nascitur.**

Eodem anno in festo sancti Andree apostoli natus est ei filius, quem Andream appellauit.

Chronicon acephalum continuat: „Anno domini MCCCXXIX. mortuus est Ladizlaus filius eius, et in Alba terre gremio commendatur.“ Inseritque de archiepiscopo Chanadino nonnulla in ceteris chronicis desiderata.

De archiepiscopo Chanadino.

Eodem anno dominus Chanadinus episcopus agriensis filius comitis Thome filii Pangaracii de Telekd de genere Chanad, egregius doctor in iure, multum actiuus ac astutus in omnibus suis factis, per papam Johannem XXII-um diuina prouidencia archiepiscopus Strigoniensis creatur. Qui mox sanctuarium Adalberti gloriosi martiris cathedralis sue funditus euersum et totaliter demolitum sectis lapidibus et dolatis ac curiosis celaturis columpnis duris basibus et epistiliis mirifice fabricatis arte lathomica, et cum gloriosa testudine inchoauit, ac inchoatum opus cum fenestris uitreis decorando, et exterius propugnacula faciendo, nec non totam ecclesiam tegendo celeriter et feliciter consumpmauit. Nam et eandem ecclesiam tabulis deauratis, calicibus peroptimis et ornamentis preciosis, ac aliis utensilibus ecclesiarum, super omnes suos predecessores magnifice et habundancius opimauit, ac uberius fecundauit. Menia etiam et turres castri, que pre nimia uetustate, et ex negligentia suorum predecessorum fere approximabant ruine, fecit totaliter renouari, turres destructas erigere tegere, et omnia studuit curiosius meliorari. Nam et alias turres in robur castri quamplures altas et solidissimas edificauit, inter quas unam arcem in debiliori parte castri tam fortem et altam

Digitized by Google

fieri procurauit, ut omnibus aliis turribus premineret. Quam cum solario et meniano roborans, ut omnium intuentium apparet oculis mirabiliter uenustauit. Et licet castrum esset inexpugnabile et firmum, propter multiplicitatem turrium, ut superius est premissum, tamen alio muro solido et forti usque ad Danubium circumuallando firmius roborauit. Palatium etiam archiepiscopale ab antiquo desertum et inhabitabile fecit summo studio restaurare, et duas capellas de latere palatii consurgentes fecit edificare omnium oculis graciosas. Insuper ciuitatem castro annexam firmam edificauit et ualidam, quam menibus solidissimis et turribus firmissimis premuniuit, quam etiam Nemeutuaras censuit appellare. In qua quidem ciuitate plures ecclesias fecit construere, quibus debita necessaria largiter condonauit. Edificauit etiam fratribus minoribus cenobium in possessione propria Telekd uocata, quod multis calicibus, ornamentis diuersis, libris multis et optimis liberaliter copiauit. Benedictus Deus, qui talem prefecit prelatum, qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia et thesauris, sed omnia in usum et utilitatem ecclesiarum consumpsit pariter et exegit. Redeamus unde sermo prius uertit.

De Feliciano perfido.

CII. **Felicianus uulnerat dominam Elyzabeth reginam.**

Anno domini MCCCXXIX mortuus est Ladizlaus filius eius.[1]) Cum autem hysdem temporibus regnum Hungarie pacis optate tranquillitate gauderet, et securum esset ab hostibus circumquaque, pacis emulus et inuidie seminator dyabolus misit in cor cuiusdam militis nomine Feliciani de genere Zaah, inueterato dierum, et canicie iam respersum,[2]) ut dominum suum regem Karolum, et dominam Elyzabeth reginam, et duos filios eius Lays et

[1]) et in Alba terre gremio commendatur. add. T. [2]) inueterati respersi. T.

Digitized by Google

Andream occideret gladio uno die. Qui Felicianus per Matheum de Trinchinio quondam palatinum fuerat exaltatus. (142) Tandem relicto Matheo uenerat ad regem. Quem rex regio fauore diligens, securo ingressu, regis ianua absque obice sibi patebat. Porro cum rex una cum regina et filiis suis prefatis anno domini MCCCXXX-o XV-o Kal. May feria quarta post octauas Pasce in suburbio castri Wyssegrad in domo sua pranderet, ante regis mensam clam subintrando idem Felicianus astitit, et euaginato acutissimo gladio, uehementissimo impetu more canis rabidi inmisericorditer regem reginam filiosque uoluit iugulare. Sed misericordia misericordis dei prohibente, quod uoluit non potuit effectui mancipare. Tamen regis manum dexteram leuiter uulnerauit. Sed proh dolor! regine dextere manus quatuor digitos, quos pauperibus et miserabilibus atque abiectis personis misericorditer in elemosinis extendebat, protinus amputauit. Cum quibus etiam digitis innumerabilibus ecclesiis paramenta uaria consuebat et altaribus sacerdotibusque ornamenta de preciosis purpuris transmittebat, et calices indefesse. Cum etiam pueros regios ibidem astantes uellet occidere, pedagogi puerorum, uidelicet filius Gyula de Kenesich, et Nicolaus filius Iohannis Palatini se interponentes, euadentibus pueris memoratis, letaliter uulnerantur in capite. Tunc Iohannes filius Alexandri de comitatu potokensi bone indolis iuuenis uicedapifer regine tunc existens, in ipsum Felicianum quasi in cruentam bestiam irruit, et cum bicello inter collum et scapulam fortiter feriendo transfixit, et ad terram deiecit. Hinc et inde per hostia gladiatores milites regis gladiis terribilibus membratim miserum laniantes, quoddam quasi monstrum gladiis effecerunt. Caput eius Budam mittitur, manus et pedes aliis ciuitatibus destinantur. Denique filius eius unicus adolescens, et unus sibi fidelis famulus fugam capientes euadere minime potuerunt, in caudis equorum uite terminum perceperunt. Quorum omnium cadauera canes in platea cum ossibus corroserunt.

Digitized by Google

Et dignum quippe erat ut Felicianus, qui multos christicolas membris suis feraliter mutilando priuauerat, ipse membris omnibus iusto dei iudicio priuaretur; et qui fuerat tortor pauperum indefessus (143) a communi morte hominum exclusus canina et subitanea morte moreretur, ut quasi canis cum canibus perciperet porcionem.*) Filia quoque eius Clara vocabulo virgo pulcherrima de aula regia extrahitur, et naribus cum labiis turpiter mutilatis solum dentibus patefactis, et octo digitis ambarum manuum amputatis pollicibus saltem remanentibus per plurium ciuitatum uicos et plateas perducta in equo semiuiua et misera proclamare compellitur in hec verba: Qui regi infidelis est per omnia recipiat talionem. Altera insuper filia Feliciani maior Sebe nomine cuidam nobili nomine Kopay matrimonialiter nupta, ante castrum Lewa iussu Emerici dicti de Bechei castellani ipsius castri capite truncatur, et ipse Kopay in captiuitatis uinculo mortis debitum soluit. Filii eiusdem insuper in insulam marinam per cruciferos transportantur, nunquam terram natiuam reuisuri. Multi Denique de ipsius genere Feliciani nobiles trucidantur.

Sic igitur Felicianus infelix lese maiestatis crimen incurrit, turbauit regnum, extinxit semen proprium, suam gentem infammauit, et perdidit esca canum effectus, solutus a seculo ligatus est in baratro, ac sepultus in inferno: mundo extitit fabula, et infidelibus disciplina. Tam enorme factum uno die vix creditur accidisse. Huc usque quo istud accidit rex Karolus uentis prosperis nauigauit, et crispancia maris equora sue fortune carina ad uotum sulcauit. Sed iam fortuna uertibilis auersa[1]) facie ualefaciens terga uertit, quia undique bellis insurgentibus sua expedicio uincebatur; pedum etiam ac manuum dolore nimium torquebatur.

---

[1]) aduersa. T.

*) Vnde versus: Vir nimis insanus qui regem Felicianus Perdere temptauit quem rex furens trucidauit. A.

Digitized by Google

CIII. Rex uadit cum exercitu contra Bazaraad.*)

(144) Nam anno eodem quo Felicianus indigne memorie periit, videlicet anno domini MCCCXXX. cum rex copiosum exercitum congregasset, non tamen totum suum posse,quia ad confinia regni sui in diuersas expediciones contra aduersarios eiusdem regni, quam plurimos destinauerat pugnatores. Ipse uero per Zeurim in mense Septembri transtulit se in terram Bazarad Woyuode Vlachorum, ad induccionem Thome Woyuode transiluani, et Dyonisii filii Nicolai filii Jancha, que terra est inhabitabilis genti ignote; ut de ipsa terra ipsum Bazarad rex expelleret, aut certe terram ipsius uni ipsorum insultancium traderet possidendam: cum tamen ipse princeps censum debitum regie maiestati semper fideliter persoluisset. Cum autem rex Zeurim et castrum ipsius recepisset Dyonisio tradidit memorato omnia cum dignitate banatus. Quo facto Bazarad regi sic mandauit nuncios per honestos: Quia vos domine mi rex laborastis in conuocacione exercitus, laborem uestrum recompensabo VII milibus marcarum argenti. Ipsam etiam Zeurim cum suis atinenciis que nunc habetis pre manibus per potentiam, pacifice uobis tradam. Insuper censum quo teneor uestre corone, fideliter persolui faciam omni anno. Et nichilominus unum ex filiis meis vestre curie ad seruiendum deputabo cum meis pecuniis et expensis, tantummodo reuertimini in pace uestra, et personarum periculis precauete; quia si ueneritis ulterius, periculis minime euadetis. Quo audito rex elata mente in tale uerbum prorupit nunciis sic dicens: Sic dicite Bazarad: Ipse est pastor ouium mearum; de suis latibulis per barbas suas extraham. Tunc quidam fidelis baro Donch nomine, comes de Zolio et de Liptou, sic ait regi: Domine cum magna humilitate uobis et ad honorem uestrum ipse

*) De bazaarad Olacorum bano. A.

Digitized by Google

Bazarad loquitur, ideirco regie benignitatis fauorem et plenam dileccionem gracie sibi uelitis per (145) uestras literas remandare. Tunc rex verbum superbie et comminacionis superius propositum iterauit. Relicto consilio saniori, protinus ultra pugnaturus processit. Et cum sibi et suis in terra incognita et inter alpes et montes siluarum uictualia inuenire nequirent, famis inedia ipse rex milites et equi sui laborare protinus ceperunt. Quo facto treuga ordinata cum Bazarad, et data fide ut ipse regi pareret, et securitatem regi cum suis omnibus redeundi preberet, et iter rectum ostenderet; rex reuertebatur securus, confidens de fide perfidi scismatici. Venit in quandam uiam cum toto exercitu que uia erat in circuitu et in utraque parte ripis prominentibus[1]) circumclusa, et ante unde erat dicta via patencior indaginibus in pluribus locis fortiter fuerat circumsepta per Vlachos. Rex autem et sui omnes nichil tale quid penitus opinantes, in ripis undique Vlachorum multitudo innumerabilis superius discurrendo iacula iacientes super regis exercitum, qui erant in fundo depresse vie, que nec via dici potest, sed quasi nauis stricta, ubi propter pressuram cadebant dextrarii fortissimi cum militibus circumquaque. Quia nec ad ripas utriusque lateris uie propter precipitium ascendere poterant contra Vlachos, nec ultra procedere, nec fuge locum habebant propter indagines ibi factas; sed erant omnino sicut pisces in gurgustio, vel in rethe comprehensi. Cadebant iuuenes et senes, principes et potentes sine delictu.[2]) Durauit quippe sic iste miserabilis euentus a sexta feria usque ad secundam feriam, in quibus diebus collidebantur inuicem milites electi, sicut in cunis mouentur et agitantur infantes, vel sicut arundines que uento mouentur. Facta est autem ibi strages maxima, et cecidit militum et principum ac nobilium inconputabilis multitudo, feria sexta in vigilia beati Martini, et post in sequenti. Ibi etiam occubuerunt

[1]) praeeminentibus. T. [2]) delectu. T.

Digitized by Google

tres prepositi, videlicet: Magister Andreas prepositus albensis ecclesie, uir ualde uenerabilis, vice-cancellarius regie maiestatis existens cum sigillo regis periit. Item Michael prepositus de Posoga, et Nicolaus prepositus de Alba transiluana. Item Andreas plebanus de Sarus, et Frater Petrus de ordine Predicatorum, vir honestus, dire mortis poculum acceperunt, quia in cerebra capitum eorum ligneos clauos miserabiliter affixerunt. (146) Quidam etiam sacerdotes qui erant capellani regis sunt occisi. Cumanorum denique corruit inestimabilis multitudo. Cadauera enim omnium, tam uirorum ecclesiasticorum quam laicorum nobilium in loco certaminis ibidem tempus resurreccionis generalis expectant; nec cari eorum potuerunt suos dilectos propter hostium incursus aliquatenus rehabere. Tulerunt enim Vlachi multos captiuos, tam vulneratos quam illesos, et acceperunt plurima arma vestesque pretiosas omnium elisorum, pecuniamque in auro et argento, in uasis pretiosis, et baltheis, et multa marsupia latorum grossorum, et equos multos cum sellis et frenis, que omnia portauerunt et tradiderunt ipsi Bazarad uoyuode. Rex autem mutauerat armorum suorum insignia quibus induerat Desev filium Dyonisii, quem putantes esse regem crudeliter occiderunt. Rex uero ipse cum paucis pro tuitione suorum aliquorum fidelium vix euasit. Stabant enim in circuitu eius quasi muri lapidei: magister Donch cum Ladizlao filio suo, et militibus aliis de familia regis; et Magister Martinus filius Berend, qui omnes ictus gladiorum et sagittarum super se recipiebant, velut ymbres pluuiarum, ut regis uita a mortis impetu seruaretur. Cadebant etiam in circuitu exercitus undique de canina multitudine Vlachorum quasi musce, que perdiderunt suauitatem unguenti, cum christianum populum, et unctos christi sacerdotes immisericorditer percusserunt. Quorum Vlachorum numerum ibi per hungaros occisorum, subtilis solummodo infernalis compotista collegit. Rex autem cum tali euentu uenit in Vyssegrad. Porro cum hungari fortissima et durissima prelia ubique gessis-

Digitized by Google

sent, istud tamen eis accidit, ne propter uictoriarum[1]) frequenciam superbirent, vel certe post superbiam precedentem corriperentur, ut humilitatem discerent, et docerent, quatenus[2]) diuine dilectionis gratiam per paterne correctionis flagella uberius[3]) mererentur: quia illos corrigit deus pater, quos diligit.

---

[1]) uictoriam. C. [2]) Hic desinit in media linea codex, integra pagina sequente vacua. Librarius nempe codicem ad finem non perduxit. [3]) impressius. T.

Chronicon acephalum subiungit iter Caroli regis et filii Andreae italicum anni 1333, et in fine narrat obitum regis.

Porro sepedictus rex Karolus continuis et grauissimis laborans infirmitatibus, quas maxime in pedibus et manibus a longo tempore patiebatur, et per eas nimium afficiebatur, ad extremum deueniens anno domini MCCCXLII illucescente feria tercia proxima post festum beate Margarete uirginis in castro Wyssegrad loco sue habitacionis migrauit ad dominum. Cuius corpus feria sexta proxima post suum decessum in ecclesia Albensi terre gremio commendatur. Regnauit autem a tempore sue coronacionis cum sancta corona XXXII annis VI mensibus, et VII. diebus.

De Lodouico rege.

Successit autem sibi Lodouicus filius eius, quem mox ibidem tercio die post tumulacionem sui patris, videlicet die dominica proxima ante festum beate Maria Magdalene habentem XVII annos sue etatis, reuerendus pater dominus Chanadinus archiepiscopus Strigoniensis ac alii episcopi et prelati ecclesiarum Vngarie qui tunc potuerunt adesse, cum omnibus baronibus regni unanimiter et concorditer in predicta ecclesia beate uirginis Albe cum sancta corona sollempniter et honorifice coronarunt.

Digitized by Google

OBSERVATIONES.

De locis nonnullis veterum scriptorum cum Anonymo Belae regis notario communibus, et de editione huius operis anno 1849 Sangalli facta.

I.

Collata sunt cum auctore nostro opera scriptorum: 1. Daretis Phrygii de bello troiano.

2. Annales Reginonis abbatis Prumiensis.

3. Continuatio Reginonis.

4. Res gestae Alexandri Magni, et liber de proeliis eiusdem.

5. Chronicon pictum Vindobonense.

1.

Anonymus prologo. Dum olim in scolari studio simul essemus, et in hystoria troiana, quam ego cum summo amore complexus sum, — pari uoluntate legeremus. lin. 5—9.

Dares. Historiam Daretis Phrygii — quam ego summo amore complexus etc. Prolog. edit. Meister 1873.

Optimum ergo duxi, ut uere et simpliciter tibi scriberem, quod legentes possint agnoscere, quomodo res geste essent. I. 26—27.

Optimum ergo duxi ita ut fuit vere et simpliciter perscripta, sic eam ad verbum in latinitatem transvertere, ut legentes cognoscere possent, quomodo res gestae essent. I. 7—10.

Erat ipse Almus facie decorus sed niger, et nigros habebat oculos sed magnos, statura longus et gracilis. Manus uero habebat grossas et digitos prolixos. IV. 5, 1—2.

Digitized by Google

Castor et Pollux oculis magnis, — Palamedem gracilem longum, — Polyxenam digitis prolixis. Capp. 12, 13.

Super quem exercitum constituti sunt principes et ductores. — Exercitus, cui prefecit principes et ductores. XLI, XLVII.

His exercitibus praefecit Priamus principem et ductorem Hectorem. 18.

Successit ei filius suus Zulta similis patri moribus, dissimilis natura. — Erat dux Zulta parum blesus et candidus, capillo molli et flauo, statura mediocri, dux bellicosus, animo fortis, sed in ciuibus clemens, uoce suaui, sed cupidus imperii. LIII. 42. 1—4.

Hectorem blaesum candidum — bellicosum, animo magno, in ciuibus clementem. Alexandrum candidum, capillo molli et flavo, voce svavi, cupidum imperii. Deiphobum et Helenum similes patri, dissimiles natura. Cassandram mediocri statura. C. 12.

2.

Scithia igitur maxima terra est uersus orientem, finis cuius ab aquilonali parte extenditur usque ad nigrum pontum. A tergo autem habet flumen quod dicitur Thanais, cum paludibus magnis. Scithica autem terra multum patula in longitudine, et latitudine, homines uero qui habitant eam nullius unquam imperatoris potestate subacti fuerunt. Non habebant domos artificio paratas. Carnes et pisces et lac et mel manducabant, et pigmenta multa habebant. Dicta gens fatigata in bello ad tantam crudelitatem peruenit, ut quidam dicunt hystoriographi, quod iracundia ducti humanam manducassent carnem, et sanguinem bibissent hominum. Scithica gens a nullo imperatore fuit subiugata, nam Darium regem persarum cum magna turpitudine Scithici fecerunt fugere. Item Scithici Cirum regem persarum occiderunt. Scithica terra quanto a torrida Zona remotior est, tanto propagandis generibus salubrior Et quamuis admodum sit spatiosa, tamen multitudinem populorum

Digitized by Google

inibi generatorum nec alere sufficiebat nec capere. — Constituerunt, ut ad occupandas terras, quas incolere possent, a natali discederent solo. C. I.

Regino ad annum DCCCLXXXVIIII. A Scythicis regnis et a paludibus, quas Thanais sua refusione in immensum porrigit, Scythia ut aiunt, in orientem extensa includitur ab uno latere ponto. Patet autem multum in longitudinem et latitudinem. Hominibus hanc inhabitantibus nulli fines. Ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti, aut inuicti mansere. Nec domus illis ulla aut tectum vel sedes est, armenta et pecora semper pascentibus. Venationum et piscationum exercitiis inseruiunt, lacte et melle vescuntur. Carnibus. ut fama est, crudis vescuntur, sanguinem bibunt, corda hominum quos capiunt particulatim dividentes, veluti pro remedio deuorant. Darium regem persarum turpi a Scythia submoverunt fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidauerunt. Abundant vero tanta multitudine populorum, ut eos genitale solum non sufficiat alere. Septentrionalis quippe plaga quanto magis ab aestu solis remota est et nivali frigore gelida, tanto salubrior corporibus hominum, et propagandis gentibus coaptata. Ad exquirendas quas possent incolere terras iter arripiunt. Apud Pertz, SS. I. 599—601.

Terra illa nimis erat plena ex multitudine populorum inibi generatorum, ut nec alere suos sufficeret, nec capere. V.

Pro eo quod tantos mortalium germinat, quantos alere vix sufficit. SS. 601.

Sed et carinthinorum, moroanensium fines crebris incursibus irripuerunt. Quorum multa milia hominum in ore gladii occiderunt. L.

Carantanorum, Marahensium, ac Vulgarum fines crebris incursionum infestationibus irrumpunt, perpaucos gladio, multa milia sagittis interimunt. SS. I. 600.

Per forum iulii in marchiam lombardiam uenerunt, ubi ciuitatem paduam cedibus et incendiis et gladio et rapinis magnis crudeliter deuastauerunt. Quorum uiolentie ac belluyno furori cum terre incole in unum augmen conglobate resistere conarentur, tunc innumerabilis multitudo lombardorum per

Digitized by Google

hungaros ictibus sagittarum periit, quamplurimis episcopis et comitibus trucidatis. Tunc lutuardus episcopus uercellensis ecclesie, uir nominatissimus, caroli minoris quondam imperatoris familiarissimus amicus, ac fidelissimus a secreto, hoc audito assumptis secum opibus, atque incomparabilibus thesauris, quibus ultra quam estimari potest habundabat, cum omnibus uotis effugere laboraret eorum cruentam ferocitatem, tunc inscius super hungaros incidit, et mox ab eis captus interficitur, et thesaurum estimationem humanam transcendentem, quem secum ferebat, rapuerunt. Eodemque tempore Stephanus frater Waldonis comitis cum in secessu residens super murum castri in nocturnis aluum purgare uellet, tunc a quodam hungaro per fenestram cubiculi sui uulneratur, de quo uulnere eadem nocte extinguitur. LIII. 42, 13—30.

Anno dominicae incarnationis DCCCCI gens Hungarorum Langobardorum fines ingressa caedibus incendiis ac rapinis crudeliter cuncta deuastat. Cuius violentiae ac beluino furori cum terrae incolae in unum agmen conglobati resistere conarentur, innumerabilis multitudo ictibus sagittarum periit. Quamplurimi episcopi et comites trucidati sunt. Liudwardus episcopus Vercellensis ecclesiae, Caroli quondam imperatoris familiarissimus et consiliarius a secreto, assumptis secum opibus atque incomparabilibus thesauris, quibus ultra quam aestimari potest abundabat, cum effugere eorum cruentam ferocitatem omnibus votis elaboraret, super eos inscius incidit, ac mox interficitur, qnae secum ferebantur diripiuntur.

Eodem anno Stephanus comes frater Walonis cum in secessu residens nocturnis horis alvum purgaret, a quodam per fenestram cubiculi sagittae toxicatae ictu grauiter vulneratur, ex quo vulnere eadem nocte extinguitur. SS. I. 609. Per forum Iulii usque in marchiam Longobardie intrauerunt, ubi ciuitatem Paduam igne ac gladio consumpserunt. Ex hinc intrantes Lombardiam Linthar Vercelline ciuitatis episcopum, imperatoris Caroli consiliarium fidissimum occidentes, ex ipsius ecclesia thesaurum maximum rapuerunt. Chr. P. V. c. 32.

Digitized by Google

3.

Felix hungarorum embola totam bauariam et alemanniam ac saxoniam et regnum lathariense igne et gladio consumpserunt. Et erchargenum atque bertoldum duces eorum decollauerunt. LV. 43, 17—19.

Continuator Reginonis. Anno dom. incarn. DCCCCXV Ungarii totam Alemanniam igne et gladio vastaverunt. Anno dom. incarn. DCCCCXVII Ungarii per Alemanniam in Alsatiam et usque ad fines Lothariensis regni peruenerunt. Erchanger et Berahtold decollantur. SS. I. 615.

Exinde egressi in quadragesima transierunt renum fluuium, et regnum latariense in arcu et sagittis exterminauerunt. Vniuersam quoque galliam atrociter affligentes, ecclesias dei crudeliter intrantes spoliauerunt. LVI. 44, 11—13.

A. DCCCCLIIII. Ungarii ducentibus inimicis regis in quadragesima Rheno transito peruadentes Galliam, inaudita mala in aecclesias Dei fecerunt, et per Italiam redierunt. SS. I. 623.

4.

Dux uero almus ordinata acie ibat huc et illuc confortans suos milites, et dixit eis: Nolite turbari de multitudine ruthenorum et cumanorum, — sic multitudinem eorum timeamus, ut muscarum multitudinem. VIII. 8, 7—22.

Gesta Alexandri Magni. Alexander congregata omni militia sua ascendit in locum eminentiorem, et confortauit milites suos dicens: Multitudo nostra non comparatur multitudini persarum, sed non conturbet vos multitudo illorum, etiam si centupliciter augeretur, quia non preualet multitudo muscarum paruitati vesparum. Cod. membr. seculi XIV-i biblioth. Caes. Vindob. N-o 545. fol. 606.

Inimici eorum cadebant ante eos, sicut manipuli post messores. XLIV. 35, 7.

Occidebat eos, iacebantque sicut messis in campo. Gesta Al. ibid.

Digitized by Google

Dux uero almus armis indutus ordinata acie super equum suum sedendo ibat huc et illuc confortans suos milites, et dixit eis: O Scithici et commilitones mei uiri fortissimi, nolite turbari de multitudine ruthenorum et cumanorum, qui assimulantur nostris canibus, quia uirtus non ualet in multitudine populi, sed in fortitudine animi. An nescitis, quia unus leo multos ceruos in fugam uertit? Vnde strenue et fortiter pugnemus contra eos. Statimque sonuerunt tubas bellicas per partes, et commixta utraque acies hostium, ceperuntque pugnare acriter inter se, et interficiebantur plurimi de ruthenis et cumanis. Videntes eos deficere in bello, in fugam uersi sunt. VIII. 8, 1—27.

E libro de proeliis Alexandri Magni a viro docto nuper exscripta: Alexander currens huc et illuc confortabat milites suos. O commilitones fortissimi Macedones et Greci! qualiter turbati estis de multitudine Persarum. Canis qui multum latrat nullum effectum laesionis habet. Virtus enim non valet in multitudine populi, sed in multitudine animi. An nescitis, quia unus leo multos ceruos in fugam vertit? Oportet nos strenue et fortiter pugnare cum illis. Statim sonuerunt tubas bellicas per partes, et ceperunt acriter pugnare inter se, et interficiebantur ex utrisque maxima pars. Videns Porus suos in bello deficere etc.

Dux Arpad et omnes sui primates celebrantes uuptias magna fecerunt conuiuia, et fere cottidie comedebant nuptialiter. LII. 41, 12—20.

Celebrantes conuiuia pluribus diebus nuptialiter epulabantur.

Dux Zulta genuit filium, quem nominauit tocsun. Comam habebat ut leo. LV. 43, 28—29.

Coma capitis eius erat sicut coma leonis.

5.

Vgek erat quidam nobilissimus dux Scithie, qui duxit sibi uxorem in dentumoger filiam gunedubeliani ducis, nomine emesu. De qua genuit filium qui agnominatus est almus. Sed

Digitized by Google

3.

Felix hungarorum embola totam bauariam et alemanniam ac saxoniam et regnum lathariense igne et gladio consumpserunt. Et erchargenum atque bertoldum duces eorum decollauerunt. LV. 43, 17—19.

Continuator Reginonis. Anno dom. incarn. DCCCCXV Ungarii totam Alemanniam igne et gladio vastaverunt. Anno dom. incarn. DCCCCXVII Ungarii per Alemanniam in Alsatiam et usque ad fines Lothariensis regni peruenerunt. Erchanger et Berahtold decollantur. SS. I. 615.

Exinde egressi in quadragesima transierunt renum fluuium, et regnum latariense in arcu et sagittis exterminauerunt. Vniuersam quoque galliam atrociter affligentes, ecclesias dei crudeliter intrantes spoliauerunt. LVI. 44, 11—13.

A. DCCCCLIIII. Ungarii ducentibus inimicis regis in quadragesima Rheno transito peruadentes Galliam, inaudita mala in aecclesias Dei fecerunt, et per Italiam redierunt. SS. I. 623.

4.

Dux uero almus ordinata acie ibat huc et illuc confortans suos milites, et dixit eis: Nolite turbari de multitudine ruthenorum et cumanorum, — sic multitudinem corum timeamus, ut muscarum multitudinem. VIII. 8, 7—22.

Gesta Alexandri Magni. Alexander congregata omni militia sua ascendit in locum eminentiorem, et confortauit milites suos dicens: Multitudo nostra non comparatur multitudini persarum, sed non conturbet vos multitudo illorum, etiam si centupliciter augeretur, quia non preualet multitudo muscarum paruitati vesparum. Cod. membr. seculi XIV-i biblioth. Caes. Vindob. N-o 545. fol. 606.

Inimici eorum cadebant ante eos, sicut manipuli post messores. XLIV. 35, 7.

Occidebat eos, iacebantque sicut messis in campo. Gesta Al. ibid.

Digitized by Google

Dux uero almus armis indutus ordinata acie super equum suum sedendo ibat huc et illuc confortans suos milites, et dixit eis: O Scithici et commilitones mei uiri fortissimi, nolite turbari de multitudine ruthenorum et cumanorum, qui assimulantur nostris canibus, quia uirtus non ualet in multitudine populi, sed in fortitudine animi. An nescitis, quia unus leo multos ceruos in fugam uertit? Vnde strenue et fortiter pugnemus contra eos. Statimque sonuerunt tubas bellicas per partes, et commixta utraque acies hostium, ceperuntque pugnare acriter inter se, et interficiebantur plurimi de ruthenis et cumanis. Videntes eos deficere in bello, in fugam uersi sunt. VIII. 8, 1—27.

E libro de proeliis Alexandri Magni a viro docto nuper exscripta: Alexander currens huc et illuc confortabat milites suos. O commilitones fortissimi Macedones et Greci! qualiter turbati estis de multitudine Persarum. Canis qui multum latrat nullum effectum laesionis habet. Virtus enim non valet in multitudine populi, sed in multitudine animi. An nescitis, quia unus leo multos ceruos in fugam vertit? Oportet nos strenue et fortiter pugnare cum illis. Statim sonuerunt tubas bellicas per partes, et ceperunt acriter pugnare inter se, et interficiebantur ex utrisque maxima pars. Videns Porus suos in bello deficere etc.

Dux Arpad et omnes sui primates celebrantes uuptias magna fecerunt conuiuia, et fere cottidie comedebant nuptialiter. LII. 41, 12—20.

Celebrantes conuiuia pluribus diebus nuptialiter epulabantur.

Dux Zulta genuit filium, quem nominauit tocsun. Comam habebat ut leo. LV. 43, 28—29.

Coma capitis eius erat sicut coma leonis.

5.

Vgek erat quidam nobilissimus dux Scithie, qui duxit sibi uxorem in dentumoger filiam gunedubeliani ducis, nomine emesu. De qua genuit filium qui agnominatus est almus. Sed

Digitized by Google

ab cuentu diuino est nominatus almus, quia matri eius praegnanti per sompnium apparuit diuina uisio in forma asturis, que quasi ueniens eam grauidauit. Et innotuit ei, quod de utero eius egrederetur torrens, et de lumbis eius reges gloriosi propagarentur, sed non in sua multiplicarentur terra. Quia ergo sompnium in lingua hungarica dicitur almu, et illius ortus per sompnium fuit pronosticatus, ideo ipse uocatus est almus. III. 4, 19—28.

Eleud filius Vgeg ex filia Eunodbilia in Scytia genuit filium, qui nominatur Almus ab cuentu. Quia matri eius in sompno innotuerat auis, quasi in forma austuris veniens, dum esset grauida, et quod de utero eius egrederetur torrens ac in terra non sua multiplicaretur; ideoque factum fuit, quod de lumbis eius gloriosi reges propagarentur. Quia vero sompnium in lingua nostra dicitur alm, et illius ortus per sompnium fuit pronosticatus, ideo ipse vocatus est Almus. Chronicon P. V. p. 21.

Tonsa capita cumanorum almi ducis milites mactabant tanquam crudas cucurbitas. VIII. 8, 31—32.

Capita quippe Cumanorum nouiter rasa, tamquam cucurbitas ad maturitatem nondum bene perductas gladiorum ictibus discideruntur. p. 73.

Peto ab ipso duce uestro, ut mittat mihi gracia ipsius duas lagungulas plenas aqua danubii, et unam sarcinam de herbis sabulorum olpar. — Dux arpad misit ei XII. albos equos, et XII camelos etc. XIV. 14, 16—24.

Kusid autem de aqua Danuby lagenam implens, et herbam periarum ponens in utrem, et de terra nigri sabuli accipiens ad suos reuersus est. — Duci equum magnum (album et magnum. Bud.) cum sella deaurata auro Arabie, et freno deaurato miserunt pro terra sua. p. 23—24.

Domino suo de bonitate illius terre multa dixit. Quod terra illa irrigaretur optimis fluuiis, et quod in arenis eorum aurum colligerent, et aurum terre illius optimum esset. XXV. 21, 28—30.

Dicitur autem regnum illud hungarice Erdeelw, quod irrigatur plurimus fluuiis, in quorum arenis aurum colligitur, et aurum terre illius optimum est. p. 40.

Digitized by Google

Quidam dicunt eos iuisse usque ad constantinopolim, et portam auream constantinopolis botondium cum dolabro suo incidisse. XLII. 33, 10—11.

Capitaneus hungarorum nomine Opour iussit Botond cum dolabro suo pergere contra portam urbis, que erat metallina, et in porta declarare vires suas cum dolabro. Veniens autem usque portam, talem ictum et cesuram in ipsa porta fecisse perhibetur, quod puer annorum quinque per ipsum foramen exire et intrare satis large potuisset. 34, 37.

Omnes exercitus eius liquefacti tamquam cera a facie ignis, in ore gladii consumpti sunt. XXXIV. 35, 10—11.

Bisseni fugierunt a facie Salomonis, sicut fluit cera a facie ignis. p. 88.

Exinde transierunt renum fluuium et regnum latariense in arcu et sagittis exterminauerunt. Vniuersam quoque galliam atrociter affligentes ecclesias dei crudeliter intrantes spoliauerunt. Inde per abrupta senonensium per populos aliminos ferro sibi uiam et gladio aperuerunt. Montes senonum transcenderunt, et segusam ceperunt ciuitatem. Deinde egressi Taurinam ciuitatem opulentissimam expugnauerunt. Et postquam planam regionem lambardie aspexerunt, totam pene Italiam bonis omnibus affluentem et exuberantem concitatis cursibus spoliauerunt. Deinde felici uictoria fruentes ad propria regna reuertuntur. LVI. 44, 11—21.

Abinde Rheno transpassato Lothoringensem ducatum igne et gladio vastauerunt, ubi circa Strozburg in quodam prelio Ekhardum ducem Lothoringie et Pertoldum ducem Barbancie qui ei venerat in auxilium captiuantes decollauerunt. (Erchargenum atque Bertoldum duces eorum decollauerunt. Supra. n-o 3.) Inde vero Galliam atrociter affligentes, crudeliter in ecclesiam dei seuientes, — deinde per obrupta moncium Senonensium per populos eterni martis viam sibi gladio aperientes parauerunt. Ubi siquidem Segusam Taurinamque ciuitates destruxerunt, montesque prefatos perforantes planum Lombardie cum vidissent, totam pene prouinciam concitatis cursibus uastauere; et ita ad proprium regnum reuertuntur. p. 35 - 36.

Digitized by Google

II.

Editio Belae regis notarii Sangallensis anni 1849 Endlichero attributa multa continet a contextu codicis Vindobonensis diversa. Conferentes hanc, et editionem Schwandtneri cum codice, has notavimus discrepantias.

Codex	Cap.	pag	lin.	Editio Sangallensis 1849.	pag.	Schwandtner ed. 1765.	pag
I. Transposita.							
dicitur nunc buduuar	I.	2	28	nunc dicitur b.	3		
a torrida zona	I.	3	34	a zona torrida	5		
de eius generatione	V.	5	29	generatione eius	7		
utilis regibus erat	XV.	15	20	utilis erat regibus	18		
nichil mali ei facere	LVI.	43	32	n. m. facere ei	51		
II. Addita.							
inter danubium et Thysiam	XIV.	14	11	int. dan. et inter This.	16		
cum exercitu Caranthino decreuerunt	LIII.	42	13	c. ex. in Carinthiam ire decreuerunt	49		
Lelu bulsu botond	LV.	43	2	Lelu Bul. et Botond	50		
III. Omissa.							
impeditus et tue	prol.	1	18	impeditus tue	2	imped. tuae	2
et si tam nobilissima	—	—	28	si tam nob.	—		

Digitized by Google

Codex	Cap.	pag.	lin.	Editio Sangallensis 1849.	pag.	Schwandtner ed. 1765.	pag.
qui habitant eam uulgariter dentumoger habentes animalia multa et uictualia	I.	2	16	qui hab. eam. Dentum.	3		
duces uero ruthenorum	I.	3	8	hab. anim. et uictual.	4		
tributumque annuatim	VIII.	8	33	duces ruthenorum	10		
firmissimam cum eis fecerunt inito consilio, et acceptoiuramento omnium suorum	IX.	9	14	tributum annuatim	11		
dux almus misit ducisse duodecim pelles ermelinas et XII zobolos et XII pallia	XII.	12	3	firmiss. fecerunt	14		
cacumen montis primus	XIII.	13	10	inito consilio dux almus	15		
castra metati sunt iuxta qualitatem et fertilitatem terre	XIV.	14	26	misit ducisse duodecim pallia	17		
a die illo locus. egressi uenerunt usque ad zeguholmu	XVI.	20	32	cacumen primus	18		
	XXII.	20	32	castra metati iuxta	24		
	XXV.	21	18	qualitatem terre			
	XXVII.	22	31	a die locus	26		
	XXVIII.	23	17	egressi usque ad Zeguhalmu	27		

Digitized by Google

Codex	Cap	pag	lin.	Editio Sangallensis 1849.	pag	Schwan tiner ed. 1765.	pag
in illo loco ubi fons honrad.	XXXI.	24	28	in loco ubi fons hon.	28		
huba borsu et omnis	XXXIV.	26	21	Huba et omnis	30		
castrumursoua ceperunt, et per mensemunum ibi habitauerunt, et boytam.	XLIV.	35	20	castr. Ursoua cep. Boytam	40		
soba. id est stultus populus quia	XLV.	36	7	soba i. e. stultus quia	41		
usque in hodiernum diem.	XLVI.	37	20	usque hodiernum diem	43		
tercio decimo autem die	LI.	40	21	tercio autem die	47		
in confinio franconie et bauarie multis milibus eorum cesis ictibus sagittarum	LIV.	42	32	in confinio franconie et bau. ictib. sagittar.	50		
ruentes in hostes	LV.	43	12	ruentes hostes	50		
alios grauiter uulneratos	LVI.	44	27	alios uulneratos	52		
IV. Immutata.							
pigmenta multa hab.	I.	3	4	iumenta multa hab.	4		
adhuc eos agnoscetis	I.	3	4	adhuc eos cognoscetis	4		

Digitized by Google

Codex	Cap.	pag.	lin.	Editio Sangallensis 1849.	pag.	Schwandtner ed. 1765.	pag.
in forma asturis	III.	4	23	in f. austuris	5		
de eius generatione descenderent	V.	5	29	de eius gen. descenderant	7		
statura ipsorum	VI.	6	21	statuta ip.	8		
pre ceteris gentibus	VII.	7	11	pre cet. generibus	8		
hospicio recepit	XI.	11	5	hospitem recepit	13		
tremor irruerat	XII.	12	25	trem. irruit	15		
ut caperent eum	XIII.	13	1	ut. cap. illud	15		
nemo potest auferre	XX.	18	18	nemo poterit auferre	21		
cum suis nobilibus	XX.	19	12	cum ceteris nobilibus	21		
usque ad lutum Zerep	XXVIII.	23	16	us. a. locum Zerep	27	us. a. locum Z.	31
castrum Borss ed Zouolon uocatur	XXXIV.	27	13	cast. Borssod Zouol.	31		
dux nitriensis factus erat	XXXV.	27	27	dux nitr. factus est	32		
iuerunt usque ad fluuium moroa	XXXVII.	29	1	u. a. fl. Moroua	33	u. a. fl. Moroua	37
fixit metas usque ad fluuium moroa	LVII.	45	9	f. m. u. a. fl. moroua	53		
virum prudentissimum	XLIV.	34	5	virum prudentem	39		
descenderat ohtum	XLIV.	34	15	descendit ohtum	39		
communi consilio	L.	39	26	communi consensu	46		
contra menumorout pugnaturi ceperunt	—	—	34	con. men pugnare cep.	46		
rogare hos duos	—	40	24	rog. post duos	47		
filius suus Zultus	LI.	41	6	fil. suus Zulta	48		

Digitized by Google

Codex	Cap.	pag.	lin.	Editio Sangallensis 1849.	pag.	Schwandtner ed. 1765.	pag.
post istam causam	LII.	41	27	post illam causam	48		
incole in unum augmen conglobate	LIII.	42	17	i. u. agmen conglobati	49	i. u. agmen cong.	55
milites Zulte ducis hungarie	LV.	43	3	m. Z. d. hungarorum	50		
mensuram in periculum	—	—	10	mensura in periculo	—	mensurando peric.	57
fines Hungarorum deuastare	LVI.	44	8	fin. Hungarorum inuadere	53		

DISQVISITIO

de aetate Anonymi Belae regis notarii.

Ex quo tempore opus Belae regis notarii a Iohanne Georgio Schwandtnero inter scriptores rerum hungaricarum editum fuit,[1]) complures non vulgaris eruditionis viri magno studio in definienda scriptoris huius aetate desudarunt.

Quatuor Bela nominati reges ab anno 1060, ad annum 1270 rem publicam hungaricam gubernarunt. Viri docti horum nullum praetermiserunt; et rationibus partim ex ipso codice, partim ex historia et archaeologia depromtis, auctorem iam unius, iam alterius nota-

[1]) Viennae 1746.

Digitized by Google

rium fuisse, aliquando dubitanter, plerumque certo affirmantes, magnam attulerunt lectorum animis, in cuius sententiam concederent, dubitationem.

Inter disquisitiones typis vulgatas tam pretio quam mole principem locum tenet Danielis Cornidesii opus postumum a I. Christiano Engel editum,[1]) ubi quidquid de aetate et fide auctoris huius eo usque disputata fuerant, ordine recensentur, novisque argumentis primum quidem Belae III-i, post mutata opinione II-i potissimum tempore designantur, quibus Anonymum floruisse similitudine veri maxima adfirmari possit. „Si ergo verum est, scribit auctor Vindiciarum, quod nemo dubitat, scriptorem nostrum post obitum regis alicuius, cui Belae fuerit nomen, suam adornasse historiam; si verum praeterea est, eum et Bela primo posteriorem, et Bela quarto vixisse priorem; si verum denique est eum nec post tertii Belae mortem potuisse scribere, quod nunc plane praestitimus: nihil sane relinquitur aliud, quam ut auctorem nostrum ad Belam II-um referas velis nolis.“ p. 121.

Opinio de aetate Belae II-i vel III-i etsi optimis rationibus niti videbatur, tamen diuturna esse non poterat. Iosephus Keresztury notarium nostrum Belae tantum primo adsignari posse contendit.[2]) Doctissimus vero Georgius Bartal errare omnes, qui scriptorem hunc temporibus Belae IV-i antiquiorem statuunt, novis, et speciosis evincere conatus est argumentis.[3])

Eodem fere tempore confecit et protulit commentarios suos de antiquitatibus hungaricis, eruditus vir Felix Cassel,[4]) ubi Anonymus primi Belae notarius fuisse non tam rationibus novis, quam apposita ad persvadendum oratione ostenditur.

Peregrini, nec indiserti hominis sententia popularibus nostris eruditionis laude conspicuis adeo arrisit, ut ulteriore inquisitione re-

---

[1]) Vindiciae Anonymi Belae regis notarii. Budae 1802. 4-o pp. 370. Cum tabula geographica regionum et locorum ab A. memoratorum. [2]) Dissertationes historico — criticae quæ's Belae notarii aetas etc. vindicatur. 1814. [3]) Commentarii ad historiam status iurisque publici hungar. aevi medii libri XV. Posonii 1847. [4]) Magyarische Alterthümer von Selig Cassel. Berlin. 1848.

Digitized by Google

mota, hanc solam per tria et amplius lustra et ipsi amplecterentur, et aliis sequendam proponerent.

Postquam primus calor, in propugnanda scriptoris huius prae ceteris historicis domesticis vetustate, defervescere coepisset, commode accidit, ut Universitas scientiarum Pestiensis praemio proposito novam disquisitionem ediceret, qua status quaestionis de aetate regii notarii novis argumentis stabilita exponeretur.

Nec mora, exstitit quidam, qui rem ab initio exorsus, variis variorum opinionibus breviter perstrictis, doctores illos, qui Anonymum in Belae I-i tempora reponunt pro meritis suis haud parce collaudaret, diversaque sentientium argumenta nullius esse pretii, non tam rationum pondere, quam verborum circuitu persvadere conaretur. Nec frustra; mercede enim gratiosi laboris accepta laudes insuper publicas promeruit libro suo idiomate hungarico vulgato cui titulus: Anonymi Belae regis notarii aetas, ex inquisitionibus historicis recentiorum. Pestini 1865.

Non tulit hanc s·midoctorum in solvendis problematis obscurissimis facilitatem quidam e grege grammaticorum; et habitis in collegio academicorum hungaricorum quinque per annos (1866—1871) totidem orationibus, omnem de aetate Belae primi opinionem vanam, et Anonymum tam ex stilo, quam e rebus ab ipso narratis in Belae III-i aula officio notarii functum fuisse demonstravit.

Senserunt vim horum argumentorum magni nominis illi inter populares suos eruditi, et potiorem esse de aetate Belae III-i sententiam assensu suo comprobarunt.

Res iam confecta videbatur, cum septennio nondum completo novus pro notario Belae IV-i in arenam descendit pugnator, qui non tantum nomen scriptoris bene novit, Magistrum Pous eum appellans, sed etiam triennium illud, quo auctor opus suum conscripserit definire non dubitat: regnante nempe in Hungaria rege Ladislao III-o dicto Cumano intra annos 1279—1282.

Haec de statu praesenti quaestionis. Progrediemur nunc ad argumenta, quae ex opere „De gestis Hungarorum Magistri P.“ ad definiendum compositionis tempus ducere potuimus. Omissisque auctoritatibus, ipsa re et ratione conabimur exquirere veritatem.

Digitized by Google

Aetas Belae primi regis.

Bela I incepit regnare anno 1061, desiit 1063. In considerandа regis huius aetate observabimus I historica, II geographica.

I. Historica.

1. Belam et fratres eius Andream atque Leventam filios fuisse ducis Vazul annales Altahenses, auctor legende S. Gerardi, et chronicon Zagrabiense simul cum Varadiensi testantur. Ceteri historiarum scriptores domestici patrem eorum Ladislaum Calvum fuisse perhibent. „Stephanus bonae memoriae avunculus ipsius (Petri regis), cum filius eius patre superstite esset mortuus, quoniam alium non habuit filium, hunc fecit adoptivum, ipsumque regni heredem locavit. Filium fratris sui (Vazulem) digniorem regno, quia hoc non consensit, cecavit, et parvulos eiusdem exilio relegavit.“ Annal. Altah. SS. XX. 794.

„Cum maxima discordia orta fuisset inter Petrum regem et Ungaros, Ungari miserunt solempnes nuncios post filios Wazul: Endre Bela et Leuenthe“. Legenda S. Gerardi. Cap. 19. Endl. Monum. 227.

„Iste Thoxon habuit duos filios, quorum primus fuit dux Gexche pater beati Stephani regis. Secundus fuit Michal dux. Iste dux Michal habuit duos filios, primus fuit dux Wazul, secundus fuit dux Ladizlaus Calvus Iste dux Wazul habuit tres filios: horum primus fuit dux Andreas postea factus rex; secundus fuit dux Bela postea factus rex, ut infra apparebunt; tertius fuit dux Levente. Dux autem Ladizlaus, de quo supra, habuit filium, qui vocatus est Bonuzulo. — Post haec regnavit Bela dictus Wegou filius secundus Wazul, de quo supra.“ Chronica Zagrabiense et Varadiense.

Vetus haec de ortu fratrum istorum fama, successu temporis mutationem subiit. Chronographi quippe seriores, regibus a Bela oriundis gratificare, Stephanumque in coetum sanctorum relatum ab exprobatione crudelitatis liberare volentes, Vazulem crimine perduellionis

Digitized by Google

absolverunt, filiisque eius Ladislao Calvo adscriptis, omnem poenae in Vazulem statutae invidiam in Gislam reginam, sororem ut putabant Petri contulerunt. Sic Simon de Keza cum ceteris chronographis. Perstitit interim prior etiam Vazulis eiusque filiorum genealogia, quam refellere conatur scriptor Kezam secutus. „Tradunt quidam istos tres fratres filios fuisse Vazul ducis ex quadam puella de genere Tatun. — Falsum pro certo est, et pessime enarratum — quia isti filii sunt Calvi Ladislai, qui uxorem de Ruthenia dicitur accepisse, ex qua tres isti fratres generantur.“ Chron. P. V. Cap. 49.

Habemus aliam etiam ducis Ladislai Calvi genealogiam in charta manu seculi XV-i scripta, cuius specimen lithographicum e bibliotheca Caesarea Petropolitana edidit Bielowsky in Monumentis Poloniae I. p. 483; cuius varias lectiones signamus litera B. Eadem leguntur apud Pelbartum sermone XLIX-o de sancto Ladislao: „Quod autem regnum hungarie legitime concernebat (commeabat ad B) beatum regem Ladislaum potius quam Solomonem (Salomonem) regem, patet (scimus) per hungarorum cronicam, ubi habetur, quod in secundo ingressu hungarorum in Pannoniam primus princeps fuit Arpad (Harpad), secundus Zothan (Zotham), tercius Thoxon, qui genuit tres filios, scilicet Geysam Michlem (Michlemum) et Calvum Ladislaum. Geysa genuit sanctum regem Stephanum; Michl Wazul (Wanzul) et (qui) obiit per effossionem oculorum per reginam Kesla consortem regis sancti Stephani. Ladislaus vero genuit tres filios, scilicet Andream Belam et Leventhe (Leventhem), qui propter metum dicte regine profugerunt in Poloniam. Ubi Bela in singulari certamine deuicit quemdam Alemanum statura magnum. Ideo rex Polonie filiam suam tradidit ipsi Bele in coniugium. De qua genuit in Polonia Geysam et Ladislaum, et in Hungaria unum scilicet Lumpartum.“

Maxime diversa a reliquis est genealogia Chronici Monacensis: „Nomina regum hungarie: S. Stephanus filius Michaelis filii Toxun.“ p. t. „Genitus est sanctus Stephanus primus rex hungarorum a patre Michaele, qui fuit filius Toxun anno domini nongentesimo LXIX et matre Sarolth filia Gyula. — Gessit etiam sanctus idem Stephanus in sua adolescentia bellum contra Cupan filium Zyrind ducis tempore Geyche patrui S. Stephani.“ p. 159-a.

Belae regis notarius recentiorum de patre Andreae sententiam

Digitized by Google

tenet: „Terram illam, quae nunc Ketelpotaca vocatur, posteritas eius ad tempora Andreae regis filii Calvi Ladislai habuit.“ Cap. 15.

2. Scriptor noster populum cumanicum post pugnam ad civitatem Kyeu hungaris aequo foedere iunctum fuisse narrat. „Hoc etiam quod verbo dixerunt Almo duci, fide iuramenti more paganismo firmauerunt; et eodem modo dux almus et sui primates eis fide se et iuramento constrixerunt.“ c. 10.

Populus hic una cum Almo et hungaris migrat, ac subiugat Pannoniam, et ut fidos commilitones decet, terris etiam aliaque parta praeda ab Arpad duce donantur. Compar etiam cumanis cum gente hungarica connubium. Samuel rex originem a cumanis ducit, ipsaque sancti regis Stephani avia cumanici generis. „Tunc dux Arpad in silva Matra dedit terram Edunec et Edumernec, ubi postea Pota nepos eorum castrum construxit, ex quorum etiam progenie longo post tempore rex Samuel descendit, qui pro sua pietate Oba vocabatur.“ c. 32.

„Dux Zulta duxit filio suo Tocsun uxorem de terra cumanorum. Dux vero Tocsun genuit filium nomine Geysam quintum ducem Hungariae.“ c. 57.

Haec sera post Belam I. tempora denotant, ut patet ex appellatione cumanorum, et ex tempore quo populus huius nominis primum in Hungaria sedes et domicilia collocavit.

Nomen cumanorum, ante annum 1061, quo primum e pristinis ad Tanaim sedibus moti Russis, quibus Polowci dicebantur negotium facessere coeperunt, populis occidentatibus ignotum; posteriori tempore, scriptoribus tantum byzantinis usitatum. Anna Comnena filia Alexii imperatoris Bissenos et Comanos eodem uti idiomate scribit initio seculi duodecimi: *Πρόσεισι τοῖς Κομάνοις ὡς ὁμογλώττοις.* Edit. Bonn. VII. c. 5. p. 404.

Gens ista ab hungaris olim sicut hodie Cun appellabatur, nec aliter chronicorum domesticorum scriptores usque medium seculum duodecimum eam nominant, exceptis duobus locis, ut videtur interpolatis. Chronicon Pictum Vindobonense (cap. 47) Andream et Leventam fratres e Lodomeria ad cumanos perducit, inde in Russiam. Sed cumani tunc temporis nondum ibi comparuerant; Bisseni tenebant regiones Kioviae finitimas. Horum tantum meminit etiam Thi-

Digitized by Google

etmarus de expeditione Boleslavi anno 1018 in Russiam facta scribens: „Urbs Kitava (Kiew) nimis valida ab hostibus Pedeneis ortatu Bolizlavi crebra impugnacione concutitur. — Fuerant in auxilio predicti ducis ex parte nostra trecenti, et ex Ungariis quingenti, ex Petineis autem mille viri. — In magna hac civitate, populi ignota manus, quae multum se nocentibus Pecinegis hactenus resistebat.“ Libro VIII-o. SS. III. 871. Iterum appellatio cumanorum Chron. P. V. c. 55. Aliis in locis semper Cuni dicuntur hungaris, russis vero Polowci.

„Anno 6569 (1061) venerunt Polowci primum, Russiam bello adgressi. Princeps eorum vocabatur Sokal.“ Nestor. edit. Schierer. p. 150.

In Hungaria primum regnante Salomone anno 1066 comparuerunt. „Post hoc autem pagani Cuni a superiori parte porte Meses ruptis indaginibus irruperunt in Hungariam, totamque provinciam Nyr usque civitatem Byhor crudeliter depredantes remeabant.“ Chr. P. V. LV. p. 72. Annus ex adnotationibus chronologicis seculi duodecimi eruitur: „MLXVIII ciuitas bulgarorum a rege Salomone capitur, rursumque ab isdem bulgaris et grecis dolo recipitur.“ Cuius rei chronicon supra laudatum hac nota temporis meminit: „Factum est autem tertio anno post adventum cunorum. Bisseni per Albam bulgariam venientes etc.“ C. 56 p. 74.

Circa annum 1085 Cuni ducente eos Salomone rursus in regnum irrumpunt: „Dux autem Kutesk inani spe seductus cum magna multitudine Cunorum invadens Hungariam devenit usque in provinciam castrorum Vng et Borsua.“ Chr. P. V. p. 95. Tertia Cunorum mentio triennio post: „Post hec autem (mortem Salomonis regis) quidam de Chunis nomine Copulch filius Krul cum valida manu intrauit in Hungariam ut debellaret. Rex Ladizlaus primus vexillo rubeo impetum fecit in castra Cunorum, contrivitque Dominus Cunos ante faciem Hungarorum.“ c. 62 pp. 97.

Quarto memorantur quum clade affecerunt Colomanni regis exercitum sub castro Peremisl in Ruthenia, anno 1099: „Plurimi autem Kuni cum Mircode venerant in auxilium Ruthenorum. Qui de nocte consurgentes sumpmo mane percusserunt castra regis, usque ad interempcionem dissipauerunt ea crudeliter. c. 65 p. 103. Memi-

Digitized by Google

nit huius cladis etiam Nestor: „Anno 6607 (1099) adgressus est Swätopolk Davidem in Wolodimir et expulit eum ad Lechos. Eodem anno Ugri apud castrum Peremisl victi sunt. p. 168. Et Adnotationes supra laudatae: „MC. Cupanus episcopus interficitur a Chunis, et Laurentius episcopus obiit.“ Idem testatur etiam chronographus: „Kuni similiter et episcopos Kuppan et Laurentium, multosque alios bellatores fortes sagittarum transfixionibus occiderunt.“ Chr. P. V. c. 65. p. 103.

Hostes erant Cuni, ut vidimus, Hungarorum toto seculo undecimo, et initio duodecimi; nec ulla eorum in Hungariam migratio usque ad tempora Stephani II-i regis. Hic partem Cunorum, qui a Johanne Comneno imperatore fusi et fugati fuerant in regnum recepit: „Rex autem Stephanus diligebat Cunos tunc temporis plus quam deceret. Quorum dux nomine Tatar qui a caede imperatoris cum paucis ad regem fugerat, cum rege morabatur.“ c. 66. p. 113. Res de qua sermo est evenit „quinto Johannis anno, quum Scythae Istrum transgressi Thraciam popularentur“ ut scribit Nicetas. Imperium Johannis incipit ab obitu patris eius Alexii, anno 1118; clades igitur et fuga Cunorum ad Stephanum regem contigerit circa annos 1122 vel — 23. His sedes circa Agriam civitatem adsignatae; qui idiomate populari hodie Palóci vocantur, id est Polowci a polonico polow, praeda, quasi rapto viventes, praedatores.

Post haec ultimum commemorantur Cuni tempore expeditionis, quam Geiza II rex, leviro suo Isäslavo Ruthenorum duci auxilium ferens, susceperat circa annum 1152: „Rex Geycha duxit exercitum in Russiam super Lodomerium ducem ut vindicaret iniuriam soceri sui Minosloy, pro quo etiam iam pridem miserat exercitum, qui male tractatus fuerat a Rutenis et Cunis.“ Chron. P. V. c. 71.

Neque exteri scriptores, praeter Graecos, usque ad medium seculum duodecimum, populum istum Cumanos, sed Plaucos Flavos Falones et Valanos appellabant. „Boleslawo (Polono huius nominis III-o anno 1099) itaque milite noviter constituto, in Plaucis Deus revelavit, quanta per eum operari debeat in futuro. Contigit namque, noviter eo militari balteo precincto Plaucos in unum innumerabiles convenisse, seseque more solito per Poloniam discursuros in partes seiunctos Wyslam fluvium nocturno tempore natavisse etc.“

Digitized by Google

Chron. Polonor. SS. IX. 452. „Rutheni gens crudelis et aspera, qui Flavorum Pruscorum, et Pomoranorum auxiliis freti, acrius diutiusque illi restiterunt.“ Herbordi Vita S. Ottonis Bambergen. SS. XII. 796. „Pannonia attingitur inter aquilonem et item orientem Pecenatorum et Falonum, maximam venationum copiam habente, sed vomere ac rastro pene experte campania.“ Otto Frising. Gesta Friderici imp. SS. XX. 368. „Comani qui dicuntur Capchat a Teutonis vero dicuntur Valani.“ 1254. Cod. D. IV. 2. 268.

Cumanorum nomen Hungaris prius ignotum, post obitum Geizae II-a Graecis bellorum civilium tempore acceptum, in Hungaria apud scriptores tantum coepit esse in usu: idioma populare priscum nomen Cun retinuit usque in hodiernum diem. Sic Andreas II rex in charta anni 1211: „Cruciferis de Hospitali S. Mariae in Jerusalem quandam terram Borzam nomine ultra silvas versus Cumanos — contulimus — et ad munimen regni contra Cumanos castra lignea et urbes ligneas construere eos permisimus.“ C. D. III. 1. 107. In Adnotationibus quoque chronologicis, scriptor seculi duodecimi ad annum MC Chunos posuerat; iam manus recentior ad annum MCCXLI Cumanos scribit: „Uxor Johannis occiditur, et uxor Chucar a Cumanis captivatur.“

Non igitur potest regius notarius Belae I-o adscribi, quia Cunos Cumanos nominat, eosque seculo nono in Pannoniam immigrasse, in unumque cum Hungaris populum coaluisse scribit. Sed longius abest hic scriptor etiam ab aetate Stephani II-i; nam quod rex iste Cunis opem eius implorantibus praestitit, id Anonymus Almo et Arpadio tribuere non dubitat.

Quod vero Abam regem „pro pietate“ sic vocatum refert, posteriorum temporum scriptoris est indicium. Recens erat Samuelis dicti Oba vel Aba memoria aetate Belae I-i; septendecim tantum anni erant ab obitu eius elapsi. Nec pietatem eius celebravit quisquam rerum ab ipso gestarum probe gnarus.

Ceterum cognomen Oba vel Opa usitatum erat non solum Cumanis, sed etiam Bissenis. Sic ipso anonymo teste: „De terra Bysenorum venit quidam miles de ducali progenie, cuius nomen fuit Thonuzoba.“ c. 57. Donuz turcis porcus. Nestor in exercitu conjuncto Bissenorum, Turcorum et Cumanorum commemorat: Altun-opam

Digitized by Google

Arslan-opam et Urus-obam. Appellatio denique Oba occurrit in Hungaria ante Cunorum adventum: „In Cupan vinitores: Curmes, Mikula, Manhat. In Arpas: Zacan, Ketel, Feketeydi, Oba, Mogurdi. 1086. Monum. I. 35. lin. 52.

II. Geographica.

Belae regis notarius confinia regni Hungariae sua aetate nota, per primos duces et principem Zultam constituta fuisse opinatur. „Duces ordinatis custodibus castrorum iuerunt usque ad fluuium Moroa, et firmatis obstaculis constituerunt terminos regni Hungarorum.“ C. XXXVII. 29. 1. „Dux vero Zulta fixit metas Hungarie ex parte grecorum usque ad portam Wazil, et usque ad terram Racy. Ab occidente usque ad mare, ubi est Spaletina ciuitas. Et ex parte Teutonicorum usque ad pontem Guncil. Et in eisdem partibus dedit castrum construere Ruthenis, et in eodem confinio ultra lutum Musun collocauit etiam Bissenos non paucos habitare pro defensione regni sui, ut ne aliquando furibundi Teutonici propter iniuriam sibi illatam fines Hungarorum deuastare possent. Ex parte vero Boemorum fixit metas usque ad fluuium Moroa. c. LVII. „Terram Racy subiugauerunt, hinc vero egressi usque ad mare peruenerunt, et omnes nationes illius patriae dominatui Arpad ducis hungarorum potenter et pacifice subiugauerunt.“ C. XLII. „Hinc egressi siluam que dicitur Peturgoz descendentes iuxta fluuium Culpe castra metati sunt.“ C. XLIII.

Pontem Guncil ibi fuisse, ubi hodie oppidum Bruck ad Litaham situm est his demonstrari potest. Fluvius Litaha Hungaris usque ad seculum XV-um Saar (lege Schahr) dicebatur, et Bisseni ab Anonymo memorati secundum ripam eius orientalem habitabant. „Quidquid eis occurrit, a flumine Illirici usque ad flumen Saar sive Leytah, occiderunt.“ Chron P. V. p. 26. Locus Guncel in confinio regni situs nominatur etiam in laudato Chronico: „Cumque appropinquasset (Geiza II rex anno 1146) Guncel, quidam autenticus, qui utramque linguam eorum bene nouerat, nunciauit regi, quod exercitus teutonicorum appropinquaret. — Tunc rex cum omni exercitu suo accelerauit super eos, trans metas Hungarie.“ C. 70. p. 118.

Digitized by Google

Auctarium Zwettli ad annum 1147. „Castrum Bresburc a nostris in dolo capitur, et pro pecunia redditur. Vngari ea causa ex utraque parte Danubii terram nostram devastaverunt. Cedes facta est iuxta Litha III idus Septembris. SS. IX. 538. De Bissenorum colonia iuxta fluvium Litaha sic Emericus rex in charta anni 1203: „Predium quod Bisseni quondam possidebant, de iure Mossuniensis castri exemptum coenobio S. crucis contulimus possidendum. Prima meta sumit initium ad septentrionem. a fluuio qui uocatur Sar; deinde protenditur ad orientem iuxta rivulum qui fluit in predictum Sar; deinde descendit in magnam vallem ad occidentem et tandem terminatur in prenotato fluuio Sar.“ Mon I. 98.

Si Bisseni ad fines regni contra Teutonicos collocati fuerunt; si termini Bissenorum occidentales, eodem fluvio finiebantur: certum est ipsum Sar, seu Litaham pro fluvio Hungaros a Teutonicis dirimente habitum, pontemque Guncil super eundem factum fuisse. Mentio Bruckae iuxta Saar occurrit in charta anni 1337, cui insertae sunt tabulae foederis inter Fridericum III-um imperatorem, et Carolum I regem „anno Domini 1328 undecimo Kal. Octobris, regni autem predicti domini Friderici regis anno quarto decimo in Brukka circa fluuium Saar confecte et emanate.“ C. D. VIII. 4. 237.

Narratio notarii regii de terminis regni occidentalibus, statui rerum seculi undecimi non congruit. Fines enim regni initio eiusdem seculi ultra Moravam et Litaham fluvios protendebantur. Croatia, et Dalmatia ubi urbs Spalatum per proprios regebantur principes, a Ladislao et Colomanno regibus exeunte seculo undecimo Hungariae adnexae. Nec montium Peturgoz appellatio ante caesum a Colomanno Petrum regem cuiquam cognita.

Contractio finium occidentalium sub Aba rege contigit. Ditio S. regis Stephani fluvio Fischa terminabatur. „MXXX Imperator Vngariam invasit, eamque citima ex parte circa Fischa fluuium deuastauit.“ Ann. Sangall. mai. „MXLIII Heinricus rex iterum Pannonias petens, ab Ovone vix impetrante pactum, satisfactionem, obsides, munera, regnique usque ad Litaham flumen partem accipiens discessit.“ Herimannus. SS. V. 124. „Ex huius Alberti sanguine Albertus, qui postmodum marchiam orientalem, id est Pan-

Digitized by Google

noniam superiorem Vngaris ereptam romano imperio adiecit, originem duxisse traditur.“ Otto Fris. SS. XX. 235. „Hic est Leopoldus, qui cum patre suo Adalberto marchiam orientalem Vngaris eripuit.“ ibid. p. 244. „Donavimus pro remedio animae nostrae, pro pace etiam et stabilitate regni, decimum mansum, rectamque fructuum decimationem totius regionis in finibus Vngarorum gladio ab hostibus adquisitae in pago Osterriche, ex una parte Danubii inter Fischa et Litaha; ex altera autem inter Strachtin et ostia Fischa usque in Maraha.“ Forschungen zur deutschen Gesch. IV. p. 363. et C. D. I. 337. Strachtin hodie Tracht supra Nikolsburgum, iuxta flumen Thaya.

Conditiones pacis inter Henricum regem et Abam factae accurate perscriptae leguntur in Annalibus Altahensibus: „Tandem venere supplices legati, dolore animum stimulante desperati, pacem et veniam pro delictis orantes, et quidquid regi et optimatibus placeret, se facturos spondent. Tunc condixerunt (1) captivum populum ut praedictum est remittere, vel precium sub iure iurando reddere; et (2) partem regni retradere quae quondam Stephano data fuerat causa amicitiae; et (3) insuper pro lenienda regis offensa dare CCCC auri talenta, totidemque pallia; et (4) reginae Gislae reddere cuncta, quae maritus eius idem Stephanus ei donaverat, quae iste, sicut Petrus illi pridem abstulerat. Haec autem rex Vngaricus ipse iureiurando promisit, et insuper datis septem obsidibus, quos nostrates voluerunt, stabilivit ea lege, ut in festo Andreae his perfectis reciperentur, aut infectis perderentur.“ SS. XX. 798.

Quod ad silvam Peturgoz attinet, praeclarum de expeditione Colomanni testimonium dat Simon de Keza: „Iste in regnum Dalmatiae misso exercitu occidi fecit regem Petrum, qui hungaris, in montibus qui Gozd dicuntur occurrens, est devictus in montibus memoratis et occisus. Vnde iidem montes usque hodie in hungarico Petur Gozdia nominantur.“ Et Chronicon P. Vindobonense: „Iste Dalmatie regnum occiso suo rege Petro nominato in montibus Petergozdia Hungarie adiunxit.“ C. 67. p. 108. Confirmat rem Andreas Dandulus in suo chronico: „Hoc tempore (post electum 1096 Michaelem Venetorum ducem) Colomannus rex Hungariae misit exer-

Digitized by Google

Auctarium Zwettli ad annum 1147. „Castrum Bresburc a nostris in dolo capitur, et pro pecunia redditur. Vngari ea causa ex utraque parte Danubii terram nostram devastaverunt. Cedes facta est iuxta Litha III idus Septembris. SS. IX. 538. De Bissenorum colonia iuxta fluvium Litaha sic Emericus rex in charta anni 1203: „Predium quod Bisseni quondam possidebant, de iure Mossuniensis castri exemptum coenobio S. crucis contulimus possidendum. Prima meta sumit initium ad septentrionem, a fluuio qui uocatur Sar; deinde protenditur ad orientem iuxta rivulum qui fluit in predictum Sar; deinde descendit in magnam vallem ad occidentem et tandem terminatur in prenotato fluuio Sar.“ Mon I. 98.

Si Bisseni ad fines regni contra Teutonicos collocati fuerunt; si termini Bissenorum occidentales, eodem fluvio finiebantur: certum est ipsum Sar, seu Litaham pro fluvio Hungaros a Teutonicis dirimente habitum, pontemque Guncil super eundem factum fuisse. Mentio Bruckae iuxta Saar occurrit in charta anni 1337, cui insertae sunt tabulae foederis inter Fridericum III-um imperatorem, et Carolum I regem „anno Domini 1328 undecimo Kal. Octobris, regni autem predicti domini Friderici regis anno quarto decimo in Brukka circa fluuium Saar confecte et emanate.“ C. D. VIII. 4. 237.

Narratio notarii regii de terminis regni occidentalibus, statui rerum seculi undecimi non congruit. Fines enim regni initio eiusdem seculi ultra Moravam et Litaham fluvios protendebantur. Croatia, et Dalmatia ubi urbs Spalatum per proprios regebantur principes, a Ladislao et Colomanno regibus exeunte seculo undecimo Hungariae adnexae. Nec montium Peturgoz appellatio ante caesum a Colomanno Petrum regem cuiquam cognita.

Contractio finium occidentalium sub Aba rege contigit. Ditio S. regis Stephani fluvio Fischa terminabatur. „MXXX Imperator Vngariam invasit, eamque citima ex parte circa Fischa fluuium deuastauit.“ Ann. Sangall. mai. „MXLIII Heinricus rex iterum Pannonias petens, ab Ovone vix impetrante pactum, satisfactionem, obsides, munera, regnique usque ad Litaham flumen partem accipiens discessit.“ Herimannus. SS. V. 124. „Ex huius Alberti sanguine Albertus, qui postmodum marchiam orientalem, id est Pan-

Digitized by Google

noniam superiorem Vngaris ereptam romano imperio adiecit, originem duxisse traditur." Otto Fris. SS. XX. 235. „Hic est Leopoldus, qui cum patre suo Adalberto marchiam orientalem Vngaris eripuit." ibid. p. 244. „Donavimus pro remedio animae nostrae, pro pace etiam et stabilitate regni, decimum mansum, rectamque fructuum decimationem totius regionis in finibus Vngarorum gladio ab hostibus adquisitae in pago Osterriche, ex una parte Danubii inter Fischa et Litaha; ex altera autem inter Strachtin et ostia Fischa usque in Maraha." Forschungen zur deutschen Gesch. IV. p. 363. et C. D. I. 337. Strachtin hodie Tracht supra Nikolsburgum, iuxta flumen Thaya.

Conditiones pacis inter Henricum regem et Abam factae accurate perscriptae leguntur in Annalibus Altahensibus: „Tandem venere supplices legati, dolore animum stimulante desperati, pacem et veniam pro delictis orantes, et quidquid regi et optimatibus placeret, se facturos spondent. Tunc condixerunt (1) captivum populum ut praedictum est remittere, vel precium sub iure iurando reddere; et (2) partem regni retradere quae quondam Stephano data fuerat causa amicitiae; et (3) insuper pro lenienda regis offensa dare CCCC auri talenta, totidemque pallia; et (4) reginae Gislae reddere cuncta, quae maritus eius idem Stephanus ei donaverat, quae iste, sicut Petrus illi pridem abstulerat. Haec autem rex Vngaricus ipse iureiurando promisit, et insuper datis septem obsidibus, quos nostrates voluerunt, stabilivit ea lege, ut in festo Andreae his perfectis reciperentur, aut infectis perderentur." SS. XX. 798.

Quod ad silvam Peturgoz attinet, praeclarum de expeditione Colomanni testimonium dat Simon de Keza: „Iste in regnum Dalmatiae misso exercitu occidi fecit regem Petrum, qui hungaris, in montibus qui Gozd dicuntur occurrens, est devictus in montibus memoratis et occisus. Vnde iidem montes usque hodie in hungarico Petur Gozdia nominantur." Et Chronicon P. Vindobonense: „Iste Dalmatie regnum occiso suo rege Petro nominato in montibus Petergozdia Hungarie adiunxit." C. 67. p. 108. Confirmat rem Andreas Dandulus in suo chronico: „Hoc tempore (post electum 1096 Michaelem Venetorum ducem) Colomannus rex Hungariae misit exer-

Digitized by Google

citum in Dalmatiam, et occidi fecit regem Petrum. Muratori SS. rer. Ital. XII. 259.

Quae a regio notario de finibus regni per primos hungarorum duces fixis et stabilitis narrantur Belae I-i notarius scripsisse non potuit. Ab anno enim 1043, quo rex Samuel partes regni ultra Moravam et Litaham fluvios sitas Teutonicis concedere coactus est, usque obitum Belae I-i 1063 viginti tantum numerantur anni. Nec credibile est „amicum suum N. arte literalis scientiae imbutum" cui auctor opus suum dicat, tam grandi, de rebus ipsis viventibus gestis, anachronismo ludificare voluisse.

Quia igitur notarius noster terminos regni qui sua aetate fuerant, iam in prima occupatione constitutos scripsit: non aetate Belae I-i, sed multo serius, post subiugatam nempe a Colomanno rege Dalmatiam „usque ad mare, ubi est Spaletina civitas," vixisse non dubitanter adfirmamus. Certe post appellatam novo nomine silvam Peturgoz; et longiori quidem tempore elapso, ita ut res sub Colomanno gestae iam oblivioni datae videantur.

Aetas Belae II-i regis.

Bela II filius Almi ducis regnavit ab anno 1131 usque annum 1141. In conferendis temporum eius, cum opere Anonymi, notis considerabimus I historica, II. diplomatica.

I Historica.

Belae regis notarius iter septem principalium personarum per Russiam describens, perducit eos in civitatem Lodomer, hinc vero in Galiciam; unde per silvam Houos in Pannoniam perveniunt. „Dux Almus cum suis in Galiciam venit, et ibi locum sibi et suis elegit. Hoc cum Galicie dux audiuisset obuiam Almo duci cum omnibus suis, nudis pedibus venit, et diuersa munera ad usum Almi ducis presentauit, et aperta porta ciuitatis Galicie, quasi dominum suum proprium hospicio recepit. Dux Galicie ceterique consocii sui Almum ducem et suos nobiles rogare ceperunt, ut ultra Houos versus occidentem in terram Pannonie descenderent." C. XI.

Digitized by Google

Ut de aetate scriptoris ex hac narratione statuere possimus operae pretium erit ex annalibus russicis breviter perstringere bella, quae in regione aetate Anonymi Galicia dicta a regibus Colomanno et Geiza II gesta sunt.

Wladimirus I dux Kiowiensis, qui baptisnum suscepit anno 988, oppida Russiae dictae Rubrae, hodiernam scilicet Galiciam armis subegit, factusque vicinus Hungaris obiit anno 1015. Filii eius et nepotes regnum a patre acceptum diviserunt inter se. Anno 1095 Swätopolk erat dux Kiowiensis; David Igorevicius Wolodomirensis; Wolodarius et Wasilko Rostislavicii urbes et regiones Peremisl ac Terbowl tenebant. Anno 1099 dux Kiowiensis bellum infert Davidi. Hic pacem facit cum Swätopolko, traditaque ei urbe et provincia sua, transit ad Polonos exulatum Sed victor hoc belli successu non contentus, adgreditur etiam fratres Rostislavicios, totamque eorum provinciam in suam ditionem redigere conatur. Commissa tamen pugna decretoria victus, mittit ad Colomannum regem filium Iaroslavum, rogans ut rebus suis adflictis suppetias venire dignaretur.

Colomannus copioso exercitu invadit Galiciam. Wolodarius in arcem Peremisl se recipit, ibique obsidetur. Interim Cuni aliique socii a fratribus vocati improvisi adsunt, et positis insidiis hungaros, eruptione etiam ex arce facta, omni ex parte adgrediuntur, fundunt, et in fugam coniiciunt. Plurimi hungarorum fluvio San submersi pereunt, ipse rex vix evadit.

Galiciae nomen hoc tempore adhuc ignotum, urbsque Halicz ad fluvium Dniester vix habitari coepta. Sedes ducum Terebowlensium post annum 1100 est translata in castrum Halicz, primusque Galiciae dux Wladimircus, filius fuit supra menorati Wolodarii. Dux iste Galiciae adfuit cum copiis auxiliaribus regi nostro Belae II-o in pugna ad fluvium Saio, contra Borichium et Polonos.

Geiza II circa annum 1149 duxerat uxorem, filiam Mstislavi sororem Isäslavi ducum Kioviensium, nomine Euphrosynam. Bellum erat inter Isäslavum et Galicienses; qui auxilio Cunorum freti, acriter pugnantes vicerunt et fugarunt Kiovienses una cum auxiliaribus hungaricis. Tandem post iterato acceptam cladem Geiza rex anno 1152 profligavit Galicienses sub arce Peremisl, capto ipso duce Wladimirco. Cui supplici rex, sociis necquidquam ad necem

Digitized by Google

illum deposcentibus, ob memoriam lati quondam patri suo Belae auxilii, pepercit.

Si notarius munus suum in curia Belae II-i gessisset, viso et sibi bene noto primo Galiciae duce, civitatem Galiciam tempore Almi ducis iam stetisse, et hungaros per apertam eius portam introisse, non posuisset; ut silentio praetermittamus civitatem Lodomeriam, quam dux et primates hungaris ultro aperuerunt, quae tamen post adventum eorum in Pannoniam integro seculo serius a Wadimiro I fuit condita.

II Diplomatica.

1. Auctor noster saepe nominat principes, primates tam hungarorum quam ruthenorem; iobagionum autem, sensu principum et primatum, ter omnino meminit. „Dux Lodomeriensis et sui primates obviam Almo duci processerunt. Dux Lodomeriensis duos filios suos cum omnibus filiis iobagionum suorum duci Almo in obsides dedit. C. XI „Tunc hi tres prenominati viri omnia facta sua duci Arpad et suis primatibus per fideles nuntios mandaverunt. Quod cum renuntiatum fuisset duci Arpad et suis yobagyonibus, gavisi sunt gaudio magno valde.“ C. XXII. „Tunc Vsubuu et Veluc cum magno honore et gaudio ad ducem Arpad reversi sunt. Dux vero et sui yobagyones obviam eis processerunt. Dux vero Arpad et omnes sui primates celebrantes nuptias, magna fecerunt convivia.“ C. LII.

Iobagio, olim ioubagio, vox hungarica bonum virum significat, eratque initio appellatio meliorum e ministerialibus, feudatariis nempe ecclesiae vel castri; nec occurrit in chartis genuinis seculi undecimi. Ineunte seculo duodecimo legimus primum significatione feudatarii ecclesiastici; circa medium vero eiusdem seculi tribuitur haec cognominatio etiam castrensium praecipuis. Lapsu temporis designabat vox iobagio archiepiscopos, episcopos optimates, barones: ordinem scilicet a rege primum. Postremo amissa hac significatione, sic appellabantur usque ad recentiora tempora rustici, terram dominorum, pro praestanda opera servili et parte fructuum, colentes.

E monumentis nostris diplomaticis quae ad instruendam hanc

Digitized by Google

disquisitionis partem necessaria videbantur. ea tantum selegimus, de quorum fide nondum occurrit idonea dubitandi causa. Seculi igitur undecimi privilegia S. Stephano regi tributa, diploma alterum fundationis Tihoniensis cum sigillo Belae ducis anno 1055 confectum, chartam Radonis palatini de anno 1057, S. Ladislai regis datam anno 1082; — seculi porro duodecimi chartam donationis datam anno 1135 per manus magistri Gotselini, aliam de anno 1137 cuius initium: In nomine sanctae Trinitatis etc., denique datam anno 1138 de possessionibus coenobii S. Martini in Sala super Wag; quia de fide horum diplomatum dubitatur, seposuimus. Prima mentio iobagionis anno 1111: „Confirmarunt in eadem ciuitate Nitriae testes XII, quorum primus fuit Moyses, eiusdem civitatis tempore illo comes: Lambertus eiusdem ecclesiae i(o)ubagio.“ C. D. VII. 4. 69. Altera sub Stephano II rege: „Rege gloriosissimo Stephano secundo Vngariam gubernante, ego Acha uespremensis ioubagio non ignobilis.“ Mon. I. 48. Post haec per 50 annos nnlla fide digna iobagionis mentio. Stephanus IV anno 1163 nominat iobagiones ecclesiae et castrenses: „Bernaldus episcopus ecclesiae Zagrabiensis snique iobagiones, — iobagiones Sumegiensis castri.“ C. D. II. 165. Significatione procerum vel baronum semel tantum in charta Stephani III-i, in transumto anni 1412 suspicione interpolationis non carente: „Cuius redditioni interfuere iobbagiones: Ambrosius Banus, Laurentius comes.“ 1171. C. D. II. 185. VII. 5. p. 122.

Anno insequente Conradus quidam se regis Stephani III-i iobagionem appellat; qnae vox hic virum primarium vel baronem regni significare non potest, quia Conradus initio huius chartae primates regis commemorat: „Anno ab incarnatione domini MCLXXII regnante glorioso rege Stephano Geyse filio, eiusqne primatibus, videlicet Luca Strigoniensi archiepiscopo, Machario episcopo, Ampudino palatino comite, Laurentio curiali comite, Fulcone comite, Luca comite, Dionisio comite, Conradns predicti regis ioubagio.“ Ex autographo. Vide C. D. II. 185.

Bela III nominat quidem iobagiones tam ecclesiae quam castri, sed maioribus regni dignitatibns ornatos, principes magnates, barones, nusquam iobagiones vocat.

Primus est Emericus rex, qui anno 1099 proceres regni sui

Digitized by Google

iobagiones appellat: „Hemiricus etc. ex multis eximiae fidelitatis operibus quae noster fidelis iobagio Laurentius a primaevis pueritiae suae temporibus nobis indesinenter exhibuit.“ Laurentius hic comes etiam dicitur, concluditurque charta: „Venerabili Job Strigoniensi, reverendo Saul Colocensi archiepiscopis. Micha palatino, Benedicto Bano et aliis iobagionibus in regno nostro existentibus.“ C. D. II. 348. Simili utitur denominatione Andreas dux anno 1200. „Andreas dei gr. Dalmatiae Croatiae Chulmiaeque dux — iobagionum vero nomina qui tunc aderant, et huic nostro facto testimonium perhibuerant haec sunt: Bernardus Spalatinus archiepiscopus, Georgius Tininiensis episcopus, Moys comes, Nicolans Banus etc.“ C. D. II. 376.

Notarius igitur, qui principes et primates non semel iobagiones appellat, opus suum non ante Belae III i tempora confecerit.

2. In opere de gestis hungarornm genus pro familia positum videmus. Sic genus Saac, Calan, Colsoy, Moglout, Thomoy, Zemera etc.

Locutio haec in chartis domesticis, siquidem genuinae sint, ante Belae III-i tempora ignota est. Primum quod sciamus anno 1186 occurrit. „Job archiepiscopus Strigoniensis traxit quosdam homines de Posoniensi provincia, Marchum et Petrum nostram in presenciam, agens contra ipsos super libertate eorum, et asserens eosdem iobagiones ecclesie prenominate. — Precipientes Mokvd nostro fideli de genere Solomun etc.“ Knauz. Mon. I. 131. C. D. II. 228. „Ad petitionem comitis Buchk et Jule filiorum Simonis de Suklos de genere Kan.“ 1191. C. D. VII. 5. 134. „Andreas dei gr. Hungarie etc. Nos igitur transmisso quodam ex nostris fidelibus comite Chac de genere Chac verum esse cognovimus. 1219. Knauz. Mon. I. 221.

Ex adductis adfirmare possumus, notarium hunc regium a Belae primi et secundi aetate longius abfuisse.

Aetas Belae IV. regis.

Plurima obstant, ne Anonymus, Belae IV regis notarius fuisse videatur. Et notandum, in prologo operis non „bonae memoriae Belae regis quondam notarium,“ quod de Bela etiam vivente dici poterat:

Digitized by Google

sed „quondam bonae memoriae B. regis“ scribi. Post obitum ergo Belae IV-i, sub regimine Stephani V-i, vel Ladislai III-i dicti Cuni, auctor opus suum conscripsisse existimatur.

Opinionem hanc minus esse prohabilem arguunt

I Historica.

1. Stephanus Belae IV-i primogenitus successorque in regno uxorem de gente cumana duxerat, ex qua anno 1263 Ladislaus post eum rex, natus est. Cumanorum igitur aulam regiam frequentantium cultum et indolem notarius regius optime nosse poterat. Leguntur tamen aliqua in opere auctoris nostri, quae nullam eum Cumanorum Belae IV-i notitiam habuisse ostendunt.

Cumani, quorum Anonymus meminit capita sua tondebant. „Tonsa capita Cumanorum Almi ducis milites mactabant, tanquam crudas cucurbitas.“ C. VIII. Geminae sunt quae de Cumanis aetate Salomonis partes Hungariae vastantibus vetus Chronicon praedicat: „Capita quippe Cumanorum noviter rasa, tanquam cucurbitas ad maturitatem nondum bene perductas gladiorum ictibus disciderunt.*) Chr. P. V. C. 55. 73.

Cumani Belae IV-i non tondebantur, nec radebantur; bene capillati et barbati erant. Ladislaus III primus tentavit cogere Cumanos cognatos suos, ut relictis tentoriis in domibus habitarent, et in cultu etiam externo ceteris christianis se conformarent. „A modo descendent. et recedent a tabernaculis suis et domibus filtrinis, et habitabunt ac morabuntur in aedibus et domibus solo fixis. Praeter abrasionem barbarum, et abbreviationem capillorum, super quibus eosdem praeter ipsorum voluntatem venerabilis Pater dominus Legatus ad nostram devotam instantiam, lenitate paternae pietatis condescendens, invitos non coegit; sed in aliis se moribus christianorum conformabunt. 1279. C. D. V. 2. 513.

Ipse etiam rex promiserat capillos suos more paganorum, quem Nicolaus III papa monet, ut resumat christianorum habitum.

*) Turocius Cunorum habet. Sed non opus est hac mutatione; de Cumanis enim iam capite 47 fuerat sermo: „Endre et Levente ad Cumanos perrexerunt.“ Tur. II. 39.

Digitized by Google

„Regia celsitudo super altare tactis evangeliis promisit, quod tam in se, quam in illis, (cumanis) dimisso paganorum abusu, resumeret christianorum habitum tam in vestibus quam in capillis. Quamquam Cumanorum nuncii certos recepissent et approbassent articulos, uno excepto, videlicet de barbis radendis, et crinibus breviandis.“ Monum. IV. 193—4.

Ex his patet, Anonymum nostrum, qui Cumanos capillatos esse nesciret, in aula Belae IV-i regis versatum nequaquam fuisse. Audiverat de Cunis post acerba cum Hungaris gesta bella sedes tandem in hoc regno nactis. Qui ritibus christianorum iam initiati, sua aetate a ceteris patriae incolis non differebant: putabatque eos, cum pagani fuissent, more Ismaelitarum et Sarracenorum, quos bene noverat, capita ex praecepto religionis radere solitos esse. Huius erat etiam opinionis vir doctus, qui in supra laudatis literis regiis et pontificiis nomine capillorum et crinium cincinnos nescio quos putabat significari; qui e capite cetera raso in collum et humeros dependerent. Sed fallitur vir eruditus. Nam si capilli et crines cincinni forent, non breviarentur, sed abscinderentur. Imo tunc non tonsura capillorum praeciperetur, sed rasura capitis prohiberetur. Et re vera capillatum videmus Ladislaum regem in pictura codicis Vindobonensis cap. LXXXIII, et ceteros cumanos multis in locis eiusdem chronici; in cuius capite LXXXVI diserta fit mentio crinium. „Firmanus apostolice sedis legatus barbas radere crines detruncare demandabat.“ p. 129.

Fratres etiam Praedicatores qui ante irruptionem Tartarorum per Cumaniam in orientem proficiscuntur capillos nutriunt: „Quatuor fratres accepta benedictione, habitu regulari in secularem mutato, barbis et capillis in modum paganorum nutritis, usque Constantinopolim pervenerunt.“ Christiani tondebant per illas regiones capita, non Cumani. „Terra quae vocatur Sichia, quorum dux et populi se christianos dicunt; — omnes viri caput omnino radunt, nobilibus exceptis, qui in signum nobilitatis super auriculam sinistram paucos relinquunt capillos cetera parte capitis tota rasa.“ 1236. C. D. IV. 1. 51.

2. Belae regis notarius in recensendis locis per primos duces occupatis amat interponere animadversiones historicas, ad tempora regum et sua spectantes.

Digitized by Google

Sic castrum iuxta Morisium commemorans, meminit simul Sunad filii Dobuca, qui „postea tempore sancti regis Stephani ducem Ohtum interfecit, cui etiam predictus rex pro bono seruitio suo uxorem et castrum Ohtum cum omnibus appendiciis suis condonauit. Quod castrum nunc Sunad nuncupatur.“ XI. Hic, si ille Belae IV-i notarius, excidium etiam castri per Tartaros factum paucis attingere potuisset. „In aurora peruenimus Chanadinum, sed precedenti die a Tartaris captum fuerat et destructum.“ Rogerii miser. carm. C. 34.

Ad mentionem terrae Ketelpotaca commemorat Andream regem filium Calvi Ladislai „qui cambiauit illum locum.“ XV.

Fluuium Souiou saepius nominat (capp. 14 16 17 22 31 33.) quin pugnae infelicis cum Tartaris commissae meminisset.

Occasione denique expeditionis Tuhuti in terram ultrasilvanam, non omittit Geulam minorem: „Terram ultrasiluanam posteritas Tuhutum usque ad tempus S. regis Stephani habuerunt, et diutius habuissent, si minor Geula cum duobus filiis suis Biuia et Bucna christiani esse voluissent.“ XXIV. Fusius de iisdem. C. XXVII.

Anonymus post fata Belae IV-i scribens, cur mentionem cladis tartaricae silentio praetereundam duxerit, non liquet. Hungaros certe a Bavaris et Alemannis victos et profligatos fuisse ingenue fatetur; ducesque eorum captos et supplicio affectos memoriae posterorum prodere non veretur. „Lelu et Bulsuu capti sunt, et iuxta fluuium Hin in patibulo suspensi.“ LV.

3. Graeci Hungaris ad meridiem finitimi, si notarius fines regni sua aetate constitutos respexit, notam temporum praebere videntur Belam IV regem praecedentium „Dux uero Zulta post reuersionem militum suorum fixit metas Hungariae, ex parte grecorum usque ad portam Wacil, et usque ad terram Racy.“ LVII.

Graeci usque ad exitum Comnenorum possederunt aliquos ducatus Hungariae vicinos, praecipue ducatum et castrum Branisova prope ostia fluvii Moravae, et Naissensem. Branisova Brandis etiam vel Brundusium, hungaris vero Borons vel Bronz dicebatur; Naissensis provincia tempore expeditionis asiaticae imperatoris Friderici I graecis iam erepta fuerat.

Porta Wacil, seu portae S. Basilii, dicebantur angustiae Haemi montis in finibus Bulgariae.

Digitized by Google

Memoria civitatum illarum occurrit in Chronico Hungarorum Acephalo bibliothecae palatinae Vindobonensis: „(Rex Stephanus II) collecto exercitu, impetu spiritus sui inuasit partes Grecie, Brudinsium, Scardicum, necnon et Nys aliasque ciuitates igne et gladio vastauit. Et cecidit timor super omnes prouincias illas, que imperio Constantinopolitano subdite fuerant.“ Vide Chronicon P. V. nostrae editionis p. 111. In relationibus etiam de expeditione Friderici I frequens fit mentio tum graecorum Hungaris vicinorum, tum portarum S. Basilii. „Profecti inde venerunt ad fluvium qui Marowa dicitur. Ipsa die venit dux Graeciae ad imperatorem. Omnes arctas vias dux Graeciae eis ampliari fecit. Dux de Brandis quae est circa Hungariam et Bulgariam festinus praecucurrit ad regem Constantinopolitanum.“ Arnoldus Lubecensis. Leibn. SS. II 678. „Post transitum Savi fluvii nostri iam tunc in finibus Graeciae in Bulgaria constituti castra metati sunt apud Belgranum. Imperator et exercitus Christi pacificum per terram illam transitum exoptabant. Sed instinctu perfidi imperatoris Ysachii, nequissimo duce Brundusii procurante, graeci blacci bulgari cum innumerabilibus populis nationum, iam nostris exitiales machinabantur insidias. Exercitus vero de Belgrano digrediens, et duorum dierum itinere incedens per silvestria, pervenit ad Marubium, quem etiam navigio transmeavit, et defixis tentoriis secus Danubium in campis Brundusii septem diebus continuis quieti vacavit. Dux Brundusii et maiores provinciae, praemissis donativis suis, imperatorem sub specie dilectionis adeunt, hunc labiis honorant, mala autem in cordibus eorum. — Inter bellorum turbines serenitate tunc temporis arridente, nostri iam appropinquabant Nissae civitati, quam cum tota adiacente provincia de Constantinopolitano praeceptam imperio Neaman et Chrazimerus magni comites de Servigia et Rassia cum tertio fratre Mechillao nuper in suam redegerant potestatem. — Post haec rumor in castris insonuit innumerabilem graecorum exercitum exspectare in campestribus Graeciae, qui nostris ad portas sancti Basilii, ubi erat ultima et firmissima clausura Bulgariae parabat congressu bellico obviare. — Quam (aciem ordinatam) ut viderunt graeci, qui fuerant praemissi ad portas sancti Basilii, confestim timor et hebetudo mentis cecidit super illos.“ Apud Canisium Antiqq. LL. III. 506–10.

Digitized by Google

Postquam autem provinciae omnes graecornm ad Danubium a Serviis et Bulgaris occupatae fuissent, Emericus Hungariae rex Serviam et partes Bulgariae prius a graecis habitas in suam potestatem redegit usque ad supra memoratas portas S. Basilii. Testes hnius rei literae Innocentii III ad Emericum, et Bulgariae regis ad pontificem. „Regi Hungarorum. Quum nobis per dilectum filium N. nuncium suum intimasset sollicitudo regalis, quod terram megaiupani ad suum dominium revocasset, gavisi sumus in Domino.“ 1202. C. D. II. 390. „Tandem praevalentibus graecis bulgari perdiderunt regiam dignitatem; quin imo compulsi sunt gravi sub iugo imperatori Constantinopolitano servire; donec novissime duo fratres Petrns videlicet et Joannitius terram patrum suorum non tam occupare, quam reoccupare coeperunt. Tu postquam expugnasti Serviam, amoto Stephano, et Vulco substituto in locum ipsius, per tuos nuncios intimasti, quod terram illam ad obedientiam ecclesiae romanae reducere cupiebas, et salvo in temporalibus iure tuo aequanimiter sustinebis, ut dictus Vulcus regalem susciperet ab apostolica sede coronam.“ 1204. C. D. II. 438. Et Johannitius ad pontificem: „Sciat autem sanctitas tua. quoniam quinque episcopatus Bulgariae pertinent ad imperium meum, quos invasit et detinet rex Vngariae cnm iustitiis ecclesiarum.“ Baluz. Gesta Innoc. p. 34.

Ex his pronum est concludere, limites regni Hungariae „ex parte graecorum usque ad portam Wacil“ productos ultimis tantum Emerici regis annis recte dicti potuisse. Post captam enim a Latinis pridie idus Aprilis 1204 Constantinopolim, graeci finitimi Hungaris esse desierunt.

II Diplomatica.

1. Anonymus B. regis notarius comiti Bors degenere Miskócz gratificaturus scribit: „Ibi etiam dux dedit Bungernec patri Borsu terram magnam a fluuio Topolucea, usque ad fluuium Souyou, que nunc vocatnr Miscoucy; et dedit ei castrum Geuru, et illud castrum filius suus Borsu cum suo castro quod dicitur Borsu unum fecit comitatum.“ XXXI.

Comes Bors cognatus erat regis Andreae II: „Bors comes Dominici Bani filius noster cognatus, et in omnibus semper fide-

Digitized by Google

Memoria civitatum illarum occurrit in Chronico Hungarorum Acephalo bibliothecae palatinae Vindobonensis: „(Rex Stephanus II) collecto exercitu, impetu spiritus sui inuasit partes Grecie, Brudinsium, Scardicum, necnon et Nys aliasque ciuitates igne et gladio vastauit. Et cecidit timor super omnes prouincias illas, que imperio Constantinopolitano subdite fuerant.“ Vide Chronicon P. V. nostrae editionis p. 111. In relationibus etiam de expeditione Friderici I frequens fit mentio tum graecorum Hungaris vicinorum, tum portarum S. Basilii. „Profecti inde venerunt ad fluvium qui Marowa dicitur. Ipsa die venit dux Graeciae ad imperatorem. Omnes arctas vias dux Graeciae eis ampliari fecit. Dux de Brandis quae est circa Hungariam et Bulgariam festinus praecucurrit ad regem Constantinopolitanum.“ Arnoldus Lubecensis. Leibn. SS. II 678. „Post transitum Savi fluvii nostri iam tunc in finibus Graeciae in Bulgaria constituti castra metati sunt apud Belgranum. Imperator et exercitus Christi pacificum per terram illam transitum exoptabant. Sed instinctu perfidi imperatoris Ysachii, nequissimo duce Brundusii procurante, graeci blacci bulgari cum innumerabilibus populis nationum, iam nostris exitiales machinabantur insidias. Exercitus vero de Belgrano digrediens, et duorum dierum itinere incedens per silvestria, pervenit ad Marubium, quem etiam navigio transmeavit, et defixis tentoriis secus Danubium in campis Brundusii septem diebus continuis quieti vacavit. Dux Brundusii et maiores provinciae, praemissis donativis suis, imperatorem sub specie dilectionis adeunt, hunc labiis honorant, mala autem in cordibus eorum. — Inter bellorum turbines serenitate tunc temporis arridente, nostri iam appropinquabant Nissae civitati, quam cum tota adiacente provincia de Constantinopolitano praeceptam imperio Neaman et Chrazimerus magni comites de Servigia et Rassia cum tertio fratre Mechillao nuper in suam redegerant potestatem. — Post haec rumor in castris insonuit innumerabilem graecorum exercitum exspectare in campestribus Graeciae, qui nostris ad portas sancti Basilii, ubi erat ultima et firmissima clausura Bulgariae parabat congressu bellico obviare. — Quam (aciem ordinatam) ut viderunt graeci, qui fuerant praemissi ad portas sancti Basilii, confestim timor et hebetudo mentis cecidit super illos.“ Apud Canisium Antiqq. LL. III. 506–10.

Digitized by Google

Postquam autem provinciae omnes graecornm ad Danubium a Serviis et Bulgaris occupatae fuissent, Emericus Hungariae rex Serviam et partes Bulgariae prius a graecis habitas in suam potestatem redegit usque ad supra memoratas portas S. Basilii. Testes huius rei literae Innocentii III ad Emericum, et Bulgariae regis ad pontificem. „Regi Hungarorum. Quum nobis per dilectum filium N. nuncium suum intimasset sollicitudo regalis, quod terram megaiupani ad suum dominium revocasset, gavisi sumus in Domino.“ 1202. C. D. II. 390. „Tandem praevalentibus graecis bulgari perdiderunt regiam dignitatem; quin imo compulsi sunt gravi sub iugo imperatori Constantinopolitano servire; donec novissime duo fratres Petrns videlicet et Joannitius terram patrum suorum non tam occupare, quam reoccupare coeperunt. Tu postquam expugnasti Serviam, amoto Stephano, et Vulco substituto in locum ipsius, per tuos nuncios intimasti, quod terram illam ad obedientiam ecclesiae romanae reducere cupiebas, et salvo in temporalibus iure tuo aequanimiter sustinebis, ut dictus Vulcus regalem susciperet ab apostolica sede coronam.“ 1204. C. D. II. 438. Et Johannitius ad pontificem: „Sciat autem sanctitas tua. quoniam quinque episcopatus Bulgariae pertinent ad imperium meum, quos invasit et detinet rex Vngariae cnm iustitiis ecclesiarum.“ Baluz. Gesta Innoc. p. 34.

Ex his pronum est concludere, limites regni Hungariae „ex parte graecorum usque ad portam Wacil“ productos ultimis tantum Emerici regis annis recte dicti potuisse. Post captam enim a Latinis pridie idus Aprilis 1204 Constantinopolim, graeci finitimi Hungaris esse desierunt.

II Diplomatica.

1. Anonymus B. regis notarius comiti Bors degenere Miskócz gratificaturus scribit: „Ibi etiam dux dedit Bungernec patri Borsu terram magnam a fluuio Topolucca, usque ad fluuium Souyou, que nunc vocatnr Miscoucy; et dedit ei castrum Geuru, et illud castrum filius suus Borsu cum suo castro quod dicitur Borsu unum fecit comitatum.“ XXXI.

Comes Bors cognatus erat regis Andreae II: „Bors comes Dominici Bani filius noster cognatus, et in omnibus semper fide-

Digitized by Google

lis, ad nostram accedens praesentiam etc." 1229. C. D. III. 2. 189. Eratque comes ille ultimus suae familiae. Testamentum suum sic orditur: „Vniuersis Chrisi fidelibus presens scriptum inspecturis Bors comes de genere Miscoch salutem in eo qui est salus omnium." Concludit vero: „et quia nullus nobis superstes remansit filius etc." 1236. C. D. IV. 1. 63. Bona eius Bela IV rex ex defectu ut aiunt seminis ad se devoluta aliis donat. „Possessiones quasdam, quarum nomina subscribentur, quae Bors comite filio Dominici Bani absque successore legitimo decedente, ad manus regis secundum approbatam regni nostri consuetudinem fuerunt devolutae." 1243. C. D. IV. 1. 289.

Auctor noster vix operae pretium duxisset scriptis mandare magnifica illa: exstructionem castri Borsod, constitutionem finium regni per montes Tatur (XVIII), et ad Borssed Zovolun; aedificationem denique castri Borsu XXXIV, si post fata ultimi huius nominis viri, exstinctionemque familiae tam illustris, scribere coepisset.

2. Sed mittamus coniecturas, et certiora requiramus. Dux Arpad terram magnam donat militi Huhot. „(Tosu et Zobolsu duces) in portu Drugma fluuium Thyscie transnauiganerunt; ubi etiam per gratiam Arpad ducis cuidam cumano militi nomine H u h o t magnam terram acquisiuerunt, quam posteritas eius u s q u e n u n c habuerunt." XXIX.

Terra ista, ut ex egregia docti viri Francisci Balassii disputatione academica discimus, est praedium O h a t dictum in laeva fluvii Tibisci ripa, e regione villae Dorogma situm, vocabaturque olim Huhot, Hohat, Uhot, Uhod, Ohat, et Hahoth. Monasterium erat in loco isto anno 1219. Nam in Regestro Varadiensi huius anni, abbas de Uhod commemoratur: „Abbas de Zam, et abbas de Uhod, et Beque de villa Suma — hi omnes impetiere fures scilicet Lodut de villa Irund etc." R. V. C. 120. In charta regis Belae IV monasterium hoc prima tantum litera indicatur. „Cum piscaturis in mortua magna, cuius medietas pertinet ad villam Chege alia medietas pertinet abbati de O (hat) cum suis patronis." 1248. C. D. IV. 2. 18. In fine seculi decimi tertii terra illa iam laicorum erat. „Ipse magister Dominicus prefato Stephano filio Iule possessiones Hahothmunustura, simul cum possessionibus Hudus Arkusd et Syles vocatis in comitatu de Zoboch existentibus dedisset et tradidisset."

Digitized by Google

1299. Mon. V. 203. Si posteritas militis Huhot cognominem terram usque nunc, id est tempora auctoris habuerat, annis vero 1219 et 1248 abbates monasterii ibidem exstructi eam possidebant: consequens est, ut notarius haccante annum 1219 scripsisse iure censeatur.

3. Vetus erat opinio et usque a priscis ducta temporibus, urbem Sabariam in Pannonia, patriam S. Martini episcopi Turonensis, ibi sitam fuisse, ubi mons Pannoniae late conspicuus exsurgit. Fons e radice eius montis erumpens olim fons Sabariae vocabatur. Hoc nomine erat notus etiam Anonymo: „Dux autem Arpad et sui milites iuxta montem S. Martini castra metati sunt, et de fonte Sabarie tam ipsi quam eorum animalia biberunt.“ L.

Nomenclatura ista fontis vel rivuli seculo decimo tertio in usu esse desiit, et fons Pannoniae, Pannosa, seu Pounsa nominabatur. Bela IV in recensione et confirmatione possessionum monasterii S. Martini: „Prefatus magister terras metatas et conditiones hominum monasterii saepe dicti redactas in scriptis nobis fideliter presentavit. Quarum series sic se habet: Ipse mons sacer Pannonie in quo situm est monasterium beati Martini et circum circa ad pedes supra dicti montis habet plures villas suas. Deinde protenditur terminus eius usque Sabariam ubi dicitur natus S. Martinus, et ibi in valle media est fons sacer, qui vocatur caput Pannoniae, qui cum aliis fontibus facit rivulum sub ecclesia sancti Wilibaldi et vocatur Pannosa, et inde descendit ad villam Ech.“ Mon. II. 2. Scribitur hic fons etiam Pounsa in metalibus abbatis S Martini. „Ex parte septentrionis, scilicet Merene, incipiendo a Pounsa directe ad Sashalom etc.“ 1220. Mon. I. 170. Appellatio: fons Sabariae, non ad exitum, sed ad initium seculi decimi tertii referenda videtur.

4. Novum existit argumentum etiam ex appellatione simplici urbis Buduvar et castri Pest pro aetate huius scriptoris temporibus Stephani V-i antiquiore. „Rex Athila regalem sibi locum constituit iuxta Danubium supra calidas aquas, et omnia antiqua opera que ibi inuenit renouari precepit, et in circuitu muro fortissimo aedificauit, que per linguam hungaricam dicitur nunc Buduuar, et a teutonicis Ecilburgum vocatur.“ I. „Ismaelitis Billa et Bocsu dux Tocsun per diuersa loca Hungarorum condonauit terras, et insuper castrum quod dicitur Pest in perpetuum concessit.“ LVII.

Digitized by Google

Quod ad Buduuar attinet, cognomentum hoc aetate scriptoris nostri usitatum („dicitur nunc“) post annum 1255 obsoleverat. Ultima eius mentio apud Albericum monachum trium fontium. „Anno 1223 in Hungaria ignis casualis Strigonium et Bodvariam devastavit.“ Leibn. Access. hist. II. 512. Chronographi nostri e Buduvar et Bodvar Buda-vara fecerunt: „Sicambriam suo nomine fecerat nominari Buda Wara — Hungari adhuc eam Ovbudam (veterem B.) usque hodie vocant et appellant.“ Chron. P. V. p. 13.

Bela IV post discessum tartarorum, quos reduces metuebat, plura castra construxit; unum in „Novo monte Pestiensi.“ De hoc suo consilio sic scribit rex ad Innocentium IV. „Partim eosdem (Fratres hospitalis Jerosolymitani) in medio regni nostri collocavimus, ad defensionem castrorum quae circa Danubium aedificari facimus; quia in hoc resedit examinatum quampluries nostrum consilium quod esset salubrius nobis et toti Europae, ut Danubius fortaliciis muniretur.“ 1254. C. D. IV. 2. 222. Constructio Novi Pest, vel Novae Budae absoluta est anno insequenti, teste ipso rege: „Inter alia castra defensioni regni congrua in monte Pestiensi castrum quoddam exstrui fecimus, refertum multitudine hominum numerosa.“ 1255. C. D. IV. 2. 32.

Notavimus varias huius castri in chartis seculi 13-i appellationes.

Novus mons Pestiensis. „Hospitibus ad ipsam villam (Kamarun) congregatis et congregari volentibus in futurum, eandem per omnia concessimus libertatem, qua cives nostri de Novo monte Pesthiensi gratulantur.“ 1265. Kn. Mon. I. 521.

Mons Budensis. „Simul cum ecclesia B Virginis Mariae in monte Budensi nouiter fabricata, quam sanctimonialibus monasterii B. Virginis in insula Danubii de facto adnexuimus.“ 1269. C. D. IV. 3. 498. „Petitio vestra continebat, quod clarae memoriae Bela rex Vngariae, ius patronatus ecclesiae S. Mariae in monte Budensi Vesprimiensis diocesis tunc ad ipsum pertinens, vobis et monasterio vestro in ipsius ecclesiae fundatione pro vestra sustentatione regia liberalitate concessit.“ 1285. Mon. IV. 278.

Castrum Budense. „Cum in castro Budensi inclusae propter metum tartarorum fuissemus simul cum fidelibus baronibus, ac iuvenibus domus nostrae, ac civibus Budensibus, intuentibus nostrae

Digitized by Google

maiestatis oculis irruentes contra tartaros etc.“ 1285. C. D. VII. 2. 110. „Licet cives nostri de castro Budensi a nobis petiuissent annuatim nundinas celebrari; tamen quia consideravimus, sororibus de insula Virginis gloriosae damnum per hoc in tributo suo non modicum generari etc.“ 1290. Mon. IV. 353. Occurrit hoc tempore utrumque etiam huius castri nomen: „Budensis ecclesie canonici suam iniuriam per cives Novi montis Pestiensis de castro Budensi irrogatam significare curaverunt.“ 1295. C. D. VI. 1. 358.

Vergente igitur seculo 13-o nomen civitatis „iuxta Danubium supra calidas aquas,“ scilicet Buduuar prorsus evanuerat, eius loco appellatio Vetus Buda usurpari coepta. „Ex certa scientia nobis innotuit, ex relationibus vicinorum, necnon iobagionum castrorum et capitulorum inquisitionem, Strigoniensis videlicet et Vaciensis ac Veteris Budensis.“ 1260. C. D. IV. 3. 35. „Paris filius Alexandri omnia praedia sua de consensu domini regis cessit, dedit, tradidit et donavit monasterio sanctimonialium B. Virginis de insula iuxta Veterem Budam.“ 1262. C. D. IV. 3. 80. „Praepositura ecclesiae S. Petri de Veteri Buda.“ 12 2. C. D. VII. 5. 456. „Nos Andreas etc. licet in congregatione generali supra Veterem Budam celebrata, per universos regni nobiles extiterit ordinatum.“ 1290. Mon. V. 2.

Sic castrum etiam et villa Pest in laeva Danubii ripa sita, ut a novo castro in ripa dextera constructo distinguatur, a medio seculo decimo tertio usque decimum quartum vetus vel antiquum Pest vocabatur. „Cum nos monasterium ad honorem ipsius gloriosissimae Virginis in insula leporum vocata construi fecerimus seu fundari sacrarum virginum religiosarum dominarum coenobium; contulimus dedimus et donavimus eidem monasterio villas, quarum nomina illico subiiciuntur: Vzlar et Sull vocatas ultra Danubium prope villam Veteris Pesth existentes.“ 1259. C. D. IV. 2. 488. Stephanus V in literis post obitum patris sui datis eadem utitur appellatione: „Datum in Veteri Pest, octavo die intrante Sept.“ 1270 Kn. Mon. I. 580. Etiam rex Otto: „Datum in antiquo Pest, primo idus Septembris anno domini MCCCVI. C. D. VIII. 1. 201.

Ex proposita, de cognomentis castrorum Budae et Pest exeunte seculo 13-o, disputatione efficitur, appellationem Buduvar post annum 1255 ei civitati, „quae a teutonicis Ecilburgum vocabatur,“ non

Digitized by Google

amplius congruere, ipsumque scriptorem non quarti, sed prioris cuiusdam Belae notarium fuisse.

III. Liber Belae regis notarii cum opere Simonis de Keza collatus.

Adversarius noster, qui magistrum P. Belae IV-o adiudicat, eodem etiam illum cum Simone de Keza, regis Ladizlai III-i clerico tempore scripsisse asseverat. Multas vero illas et magnas discrepantias, tam stili quam rerum quae in amborum operibus occurrunt, e diversitate doctrinae et opinionum deduci posse putat; quae diversitas inter unius eiusdemque aetatis scriptores locum invenire soleat. Sic ratiocinatur ad defensionem coniecturae suae vir literatissimus.

Nos commentitiis rebus nullam soliti adiungere fidem, rem cum re comparavimus, et ex diligenti operum Anonymi et Kezae collatione proposuimus iudicium facere de eadem vel diversa illorum aetate. Scriptores hi plurimum inter se differunt.

1. Belae notarius de terra ultrasilvana: „Sanctus rex Stephanus subiugauit sibi terram ultrasilvanam.“ XVII. Keza provinciam illam non ultra — nec transilvanam, sed septem castra vocat: „Sanctus rex Stephanus coronatus, Jula auunculo suo cum uxore et duobus filiis de septem castris in Hungariam adducto, et adiuncto septem castra Pannonie.“ II. 2. Chronicon tamen P. V. priorem seruat nomenclaturam: „Beatus Stephanus postquam regie celsitudinis coronam diuinitus est adeptus, famosum et lucrosum bellum gessit contrà auunculum suum nomine Gyulam, qui tunc temporis totius ultra siluam regni gubernacula possidebat.“ p. 40.

Teutonici provinciam illam adhuc Siebenbürgen vocant a septem castris seu oppidis, moenibus per Saxones circumdatis; qui a Geiza II. rege introducti, intra 60 circiter annos ea castra construxerunt. Nomina et initia horum in Martini Szentiványi dissertatione paralipomenica Tyrnaviae 1699. p. 50 hoc ordine leguntur: 1. Medgyesinum (Mediasch) aedificari coeptum 1146. 2. Cibinium (Hermanstadt) exstructum 1160. 3. Claudiopolis (Klausenburg) inchoata aedificari 1178. 4. Segesvarinum (Schäsburg) aedificatur 1196. 5. Szászváros (Broos) conditur 1200. 6. Brassovia, sive Corona (Kronstadt) 1203. 7. Bistricia (Bistritz) exstrui coepta 1206.

Digitized by Google

Notandum porro denominationem hanc: Septem castra, circa medium seculum decimum tertium usurpari coeptam, Teutonicisque tantum fuisse familiarem. Hungari enim Erdeu elu, Erde elew, Erde el; provincia ultra — vel trans silvana, illam appellabant. Primam Septem castrorum mentionem in annalibus Erfordensibus, non ultra annum 1254 productis invenimus: „1242. Eodem anno tartari in Vngaria, terra scilicet Septem castrorum, civitatem dictam Hermanni villam (Hermanstadt) in Aprili expugnantes, usque ad centum ibi peremerunt Praedicatorum, cenobium ibidem incendentes." SS. XVI. 34.

Keza noster, et chronicorum patriorum conscriptores septem illa castra per Hungaros putabant exstructa fuisse. „In fluuio Hung vocato castrum fundauere, — cumque et alia VI castra post haec fundauissent, aliquamdiu in illis partibus permansere." Keza II. 1. Exinde montes descendunt per tres menses, et deueniunt in confinium regni Hungarie, scilicet in Erdelw, inuitis gentibus memoratis. Ibique terreis castris septem preparatis pro uxoribus et rebus suis conseruandis, aliquandiu permanserunt. Quapropter teutonici partem illam ab illo die Simburg (Sibenburg. Chron. Bud.) id est septem castra vocauerunt." Chron. P. V. p. 23. Videmus etiam ex hoc chronicorum loco errasse Kezam in castro Hung; quod longius abest a provincia ultrasilvana, nec inter septem eius castra connumerari potest.

Si haec differentia inter laudatos scriptores non esset, et septem castra etiam Anonymus commemoraret, tolleretur omnis de aetate B. regis notarii dubitatio. Nam ex septem illis castris duo sub Geiza II, totidem sub Bela III, item duo sub Emerico, et unum initio regiminis Andreae II. exstiterunt. Et aliquantum temporis a condita 1206 Bistricia elabi oportuit, antequam a septem his castris novo provincia illa cognomento appellari potuisset. Nec tunc ulli regum praeter Belam IV auctorem nostrum adiungere possemus.

2. Differunt scriptores isti in ducum etiam, principumque appellatione. Notarius praeter septem principales personas Hetumoger dictas, ceteros: Arpad, Zultam, Tocsun et Geysam duces appellat. Duces hi habent in suo comitatu principes primates et iobagiones; militibusque in expeditionem destinatis principes et duc-

Digitized by Google

tores praeficiuntur. Keza capitaneos ponit pro ductoribus. „Huni in unum congregati capitaneos inter se, seu duces et principes prefecerunt.“ I. 2. Hungari etiam apud illum capitaneis subiiciuntur. „Ex istis capitaneis Arpad filius Almi rebus ditior erat, et potentior gente.“ II 1. Memorat etiam barones: „In Hungariam deducitur captivatus. cum aliis captivis baronibus, comitibus, et militibus“ II 5.

Capitanei civitatum apud Italos Francos et Germanos pridem in usu. „(Henricus V. imp.) ut capitanei civitatis (Bambergensis) Moguntiam ad natale Dominicum sibi occurrant mandat.“ Ebbo in Vita Ottonis Bamb. SS. XII 827. Rubruquis in itinerario suo 1253. „Tunc locutus sum ad capitaneos civitatis, imo ad vicarios capitaneorum, quia capitanei iverant ad Baatu, portantes tributum.“ C D. IV. 2. 265. Huic tartarorum etiam principes capitanei: „(Tartari) inter se diviserunt Scythiam quae durat a Danubio usque ad ortum solis Et quilibet capitaneus secundum quod habet plures vel pauciores homines sub se. scit terminum pascuorum suorum. — Erat in illa provincia unus consanguineus Baatu nomine Scagatai; in die Pentecostes dedit nobis ille capitaneus unum hominem, qui nos duceret.“ ibid 267. Eodem tempore occurrit primum haec vox sensu praefecti militaris in stilo diplomatico apud Hungaros: „Nos Stephanus Banus totius Sclauonie, ac capitaneus Stirie.“ 1254. Ipse rex ducis titulo utitur: „Nos Bela Dei gratia rex Hungarie, dux Stirie.“ 1255. C. D. IV. 2. 284—290.

Vox capitaneus Notario ignota, baro non usitata; iobagio vero apud Kezam non legitur. Ultro tamen concedimus, iobagiones adhuc tempore Simonis, et barones iam tempore Anonymi, eo quem supra laudavimus sensu, in usu fuisse.

3. Differunt in descriptione Scythiae. Belae regis notarius qui initio operis sui descriptionem Scythiae ponit, notitiam eius regionis videtur habuisse nullam, vel certe perexiguam. Reginonem enim passim excerpit, qui et ipse a Justino sumserat pleraque, historiographorum, ut ait, dicta sequens. Scythiae fluvium unum novit Anonymus Tanaim, quem non distinxit a fluvio Etyl, quem „super tulbou (utres) sedentes septem principales personae transnatauerunt.“ VII. Peculiare est in hac descriptione nomen dentumoger tam

Digitized by Google

regionis quam populi: „Scythia maxima terra est que dentumoger dicitur versus orientem, — homines uero qui inhabitant eam dentumoger dicuntur usque in hodiernum diem.“

Simon de Keza copiosior est in describenda regione; commemorat enim praeter fluvium Etul seu Don, alterum etiam Togora dictum; montes quoque Rifeos quibus Scythia includitur „Scitica regio extenditur versus orientem ab uno latere Ponto aquilonali, ab alio montibus Rifeis includitur.“ Oriuntur etiam in eodem duo magna flumina uni nomen Etul, et alterius Togora. Fluvius siquidem Don in Scitia oritur, qui ab Hungaris Etul nominatur, sed ut montes Rifeos transit diffluendo Don est appellatus. Qui tandem in planum effluens currit terram Alanorum, postea vero cadit in rotundum mare ternis ramusculis. Togora autem fluuius discurrit de Scitia exiendo per desertas siluas paludes ac montes niueos, ubi nunquam sol lucet propter nebulas. Tandem intrat in Yrcaniam vergens in mare aquilonis.“

Quod ad montes Rifeos attinet Keza etiam Reginonem exscribit: „Scythia ut aiunt in orientem extensa includitur ab uno latere ponto, ab altero montibus Riphaeis.“ SS. I. 599. Justinus II. 2. porrecta habet: „Scythia autem in orientem porrecta includitur ab uno latere Ponto et ab altero montibus Riphaeis.“

Notitiam fluvii Togora, vel ut in aliis Chronicis rectius scribitur Togata, Togatha, Thogata, Keza non ex cantibus fabulisque popularibus, sed ex relatione Fratrum eas regiones peragrantium acceperit. Estque nomen fluvii Irtisch, quod apud accolas Vogules et Ostiacos Tagat Tangat Taut sonat sicuti vir idiomatum eius regionis peritissimus Paulus Hunfalvy testatur.

Ad definiendam horum scriptorum aetatem permagni momenti est mentio apud Kezam regni Barsacia, vel ut in chronicis legitur Bascardia. „Sciticum enim regnum comprehensione una cingitur, sed in regna tria diuiditur principando, scilicet Barsaciam, Dentiam, et Mogoriam.“ Duo ultima ex notarii Dentumoger videntur esse detorta; primum vero sumtum ex relatione Fratrum Praedicatorum, qui terram Pascatir, incunabula gentis Hungaricae, se reperisse gloriati sunt. Occasionem iter illud ineundi dederat fratribus narratio de septem

Digitized by Google

ducibus ut in gestis Hungarorum legebatur; et desiderium reliquias maiorum suorum ad religionem christianam convertendi.

De primo hoc ad quaerendas priscas Hungarorum sedes instituto itinere Fratres qui redierant Otto et Julianus narraverint, vel perscripserint, quae experti erant. Haec tamen relatio aetatem non tulit, sed brevis tantum eius ab ignoto homine confecta epitome superest, quam e codice Vaticano descriptam docti viri saepe ediderunt. Vide C. D IV. 1. 50—57 et Endl. Mon. 248—54.

Tempus instituti itineris ab Alberico monacho ad annum Christi 1237 ponitur. „Rumor erat hunc populum tartarorum in Comaniam et Hungariam velle venire; sed utrum hoc verum sit, missi sunt de Hungaria quatuor Fratres Praedicatores. qui usque veterem Hungariam per centum dies iuerunt. Quibns reversis nunciaverunt, quod tartari iam veterem Hungariam occupaverant, et suae ditioni subiecerant.“ Leibn. Acces. hist. II. 564.

Post Praedicatores missi sunt ad tartaros ab Innocentio IV. legati Fratres ex Ordine Minorum, Johannes de Plano Carpini cum sociis; qui inter provincias per tartaros subiugatas, meminerunt etiam Hungariae magnae. sive terrae Bascart. „Inde procedentes ad aquilonem adhuc, contra Bascart, hoc est Hungariam magnam, eos etiam devicerunt — Terrarum nomina, quas tartari vicerunt, sunt haec: Kytay, Comania, Turcomania, Byleri magna Bulgaria, Baschare magna Hungaria. — Haec Comania ab aquilone immediate post Russiam habet Morduynos, Byleros, id est magnam Bulgariam, Bastarcos, id est magnam Hungariam. Post Bastarcos, Parositas, Samogetas.“ C. D. IV. 1. 427—133.

Annus huius legationis ex eodem Alberico notus: „Si quis autem horum tartarorum terram et originem, genus et mores scire plenius desiderat, legat historiam quae intitulatur tartarorum, editam a Fratre Joanne de Palatio Carpini Ordinis Fratrum minorum ab apostolica sede ad partes illas destinato in anno Domini MCCXLVI.“ p. 572.

Tertia ad eas regiones profectio fuit Fratris Willelmi de Rubruquis Ordinis Minorum, cuius commentarium Ludovico IX-o regi oblatum exstat et legitur in codice diplomatico Hungariae. Hic iam regio illa saepe memorata Pascatir scribitur: „De Russia de Moxel

Digitized by Google

et maiore Bulgaria et Pascatir quae est maior Hungaria, adducuntur eis pelles pretiosae etc. Idioma Pascatir et Hungarorum idem est, et contiguatur maiori Bulgariae ab occidente. Ab illa terra versus orientem in latere illo aquilonari non est amplius aliqua civitas; unde Bulgaria maior est ultima regio habens civitatem. De illa regione Pascatir exierunt Huni, qui postea dicti sunt Hungari." 1254. C. D. IV. 2. 265—78.

Quaeritur nunc unde acceperint suam Bascardiam scriptores Chronicorum domesticorum et Keza? Respondemus: simillimum esse veri eos a Fratribus Praedicatoribus accepisse. Nam Johannes de Plano Carpini et Rubruquis bene norunt fluvios Scythiae distinguuntque Don ab Etilia seu Volga. „Terra Comanorum flumina quatuor habet magna: primum appellatur Neper, secundum Don, tertium Volga, quartum Jaec." p. 432. Etiam Rubruquis: „Tota (terra) inhabitatur a Comanis Capchat, et etiam ultra a Tanai usque Etiliam. Inter quae flumina sunt decem dietae magnae." IV. 2. 268.

Fratres Praedicatores fluvium Don silentio praetereunt, quia nave vecti, et in orientali Ponti Euxini litore egressi, Tanaim non viderunt. „Intrantes in mare per triginta dies venerunt in terram que vocatur Sichia. Inde progressi per desertum diebus tredecim transiverunt. Postmodum frater Julianus invenit Hungaros iuxta fluvium magnum Ethil." C. D. IV. 1. 53—5. Quod confirmabat falsam chronographorum nostrornm opinionem de Tanai Scythiae fluvio qui Etil etiam nuncupetur.

Altera ratio est, quia Hungaris, ante hanc peregrinationem, ne rumore quidem populari quidquam de regione Bascart vel Pascatir notum fuerat. Hoc ex epitome itinerarii horum Fratrum discimus: „Fratres Praedicatores iis in Gestis Vngarorum inventis, compassi Hungaris a quibus se descendisse noverunt, quod adhuc in errore infidelitatis manerent, miserunt quatuor de fratribus ad illos quaerendum. Sciebant enim per scripta antiquorum, quod ad orientem essent, ubi essent penitus ignorabant. Praedicti ergo fratres eos usque per annum tertium quaesiverunt, nec tamen propter multa viarum pericula poterant invenire, uno eorum excepto sacerdote nomine Otto. Qui multis fractus laboribus, post octavam reditus sui diem, quum omnem viam illos quaerendi exposuisset, migravit ad

Digitized by Google

Christum. Fratres ergo Praedicatores infidelium conversionem desiderantes, quatuor fratres ad quaerendam gentem iterato miserunt." p. 50—51.

Bascard quidem vel Pascatir appellatio in hac epitome non occurrit, in deperdita tamen huius itineris historia legebatur, teste Willelmo Rubruquis: „Hoc quod dixi de terra Pascatir, scio per fratres Praedicatores, qui iverunt illuc ante adventum tartarorum." C. D. IV. 2. 279.

Ex his probabiliter conficitur, divisionem illam Scythiae in tria regna: Bascardiam scilicet Dentiam et Mogoriam, post reditum fratrum ex illis partibns, qui circa annum 1240 contigerit, scriptam fuisse; notarium vero nostrum, cum nullam adhuc terrae Bascard notitiam habuisse videatur, Kezam aetate antecessisse.

4. Fabula etiam Botondii portam urbis Constantinopolis dolabro perfringentis, confirmat opinionem de maiore inter Anonymum et Kezam temporis intervallo. „Quidam dicunt eos ivisse Constantinopolim, et portam auream Constantinopolis Botondium incidisse. Sed ego quia in nullo codice historiographorum inveni, nisi ex falsis fabulis rusticorum audivi, ideo ad presens opus scribere non proposui." XLII. Res aetate eius nondum scriptis mandata, apud Kezam iam scripta legitur et hunc illo posteriorem esse indicat. „Quidam Hungarus Botond dictus arrepto dolabro quem ferre consueuerat, super portam urbis quae aerea erat precucurrit, tantamque scissuram in ea fecisse dicitur cum dolabro uno ictu, ut Graeci propter monstram ipsam portam resarcire noluerunt." II. 1. 23.

Rem hanc Keza non e fabulis popularibus habuit, qui ut in prologo scribit „e diversis scartabellis opus suum in unum volumen redegit;" sed e chronico alias etiam fabulas continente excerpsit. Fabulam captivi ictu tubae caesarem occidentis ipse Keza explodit: „Quidam vero ipsos (captivos hungarorum duces) aliter damnatos fabulose asseverant, quod caesari praesentati unus illorum cum tuba in caput ipsum cesarem occidisset feriendo. Quae sane fabula verosimili adversatnr, et credens huiusmodi levitate mentis denotatur. Nam personae criminosae ligatis manibus conspectui principum praesentantur. Verum quidem est, et libri continent chronicarum, ut blasphemati audacter caesari iniuriose sunt locuti." II. 1. 21.

Digitized by Google

Inter Anonymum igitur et Kezam aliquantum temporis ponendum est, quo fabulae illae populares notario ex auditu tantum notae perscribi potuerint.

5. Postremo quod ad primos septem Hungarorum duces et historiam Cumanorum attinet, adeo scriptor unus ab altero diversus est, ut variae illorum opiniones, non tam ipsis, quam diversis, quibus vixerunt, temporibus tribuendae videantur.

Anonymo Almus est primus Hungarorum dux, eiusque progenies regnat in Hungaria. Ceteri duces praeter unum Kund patres sunt eorum, quos Keza cum Arpade, quem primum fuisse censet, exercitibus praeficit. Cumani Belae IV i bene capillati ignoti sunt Anonymo. Cumani eius capita radebant, et iam in Ruthenia Hungaris coniuncti, illisque per omnia pares fuisse narrantur. Keza nihil scit de Cumanis ante Belam IV. in Hungaria versantibus, et huius regis aetate putat eos primum in Hungariam venisse. „Cum Comani per regem Belam piae memoriae avum regis (Ladislai dicti Cuni) in Hungariam primo introducti ut arena postmodum succrevissent.“ II. 5. 47. Horum vero primam aetate Salomonis regis factam irruptionem Bessis tribuit, et tempore Ladislai I regis scribit contigisse. „Istius igitur (Ladislai I.) temporibus in Septem castris, in monte qui Kyrioleis dicitur, Bessi Hungaris infestissimi, spoliata Hungaria fugientes coniunguntur, et per eundem Ladislaum regem ac Hungaros superantur.“ II. 4. 35.

Ad tantam auctorum de iisdem rebus scribentium differentiam conciliandam, acumine viri docti opus est, qui facili sermone illos uno eodemque tempore opera sua confecisse nuper asseuerabat, securi tunc adhuc animi, minimumque laborans de diversorum temporum indiciis, quae in libris eorum reperiuntur.

Belae III tempora.

1. Regius notarius in operis sui capite sexto refert quinque puncta pactionis, quam fecerunt dux Almus et ceteri duces Hungarorum inter se. „Licet pagani fuissent, fidem tamen iuramenti, quam tunc fecerant inter se, usque ad obitum ipsorum seruauerunt.“ C. V. In hac pactione complura eadem vel similia leguntur iis, quae in decretis Andreae II annorum 1222 et 1231 occurrunt.

Digitized by Google

Punctum II. „Ut quidquid boni per labores eorum acquirere possent, nemo eorum expers fieret.“ = „Possessionibus etiam quas quis iusto servitio obtinuerit. aliquo tempore non privetur.“ Decr. 1222. 17. Endl. Mon. 415.

P. III. „Ut isti principales personae qui sua libera voluntate Almum sibi dominum elegerant, quod ipsi et filii eorum nunquam a consilio ducis et honore regni omnino priuarentur.“

„Si hospites, videlicet boni homines ad regnum venerint. sine consilio regni ad dignitates non promoveantur. 1222. 11. „Hospites nobiles ad regnum venientes. nisi incolae esse velint ad dignitates non promoveantur.“ 1231. 23.

P. V. „Ut siquis de posteris ducis almi et aliarum personarum principalium iuramentum et statuta ipsorum infringere voluerit, anathemati subiaceat in perpetuum.“ — „Haec tam nos quam filii nostri praestito corporaliter iuramento confirmavimus, spontanee consentientes, ut sive nos, sive filii nostri et successores nostri hanc a nobis concessam libertatem confringere voluerint, archiepiscopus Strigoniensis praemissa legitima admonitione, nos vinculo excommunicationis innodandi habeat potestatem.“ 1231. Endl. Mon. 533.

Reges Hungariae post confecta Stephani III-i et IV-i bella civilia, iurabant cum coronarentur, se iura „tam nobilium regni, quam etiam aliorum, „instituta a S. Stephano rege“ (prologus ad Bullam auream anni 1222.) observaturos. Ad hoc iusiurandum videtur alludere Emericus rex vivente adhuc patre Bela III-o coronatus: „Quia igitur ex suscepto regiae magnitudinis culmine omnium nostrorum fidelium iura illaesa et inconcussa servare tenemur.“ 1197. C. D. II. 310. Frater certe eius Andreas anno 1205, cum regiam adeptus est dignitatem, iuravit se iura regni servaturum, teste Honorio III-o in epistola ad Belam iuniorem regem: „Intellecto iam dudum, quod carissimus in Christo filius noster illustris rex Vngariae pater tuus alienationes quasdam fecerat in praeiudicium regni sui, et contra regis honorem; quum teneatur, et in coronatione sua iuraverit, etiam iura regni sui, et honorem coronae illibata servare.“ 1225. C. D. III. 2. 48.

Digitized by Google

Colomannus, Stephanus II, Bela et Geiza II reges iurarunt quidem civibus dalmaticis de non laedendis iuribus et privilegiis eorum; in Hungaros potestatem exercebant fere tyrannicam. Imperii regii ad nutum et arbitrium gesti testis oculatus Otto episcopus Frisingensis. „Omnes sic principi suo (Geizae II) obsequuntur, ut unusquisque ne dicam manifestis illum contradictionibus exasperare, sed et occultis susurris lacerare nefas arbitretur. Quod si aliquis ex comitum ordine regem vel in modico offenderit, vel etiam de hoc quandoque non iuste infamatus fuerit, quilibet infimae conditionis lixa a curia missus eum, licet satellitibus suis stipatum solus comprehendit, in vinculis ponit, ad diversa tormentorum genera trahit. Nulla sententia a principe, sicut apud nos moris est, per pares suos exposcitur, nulla accusato excusandi licentia datur, sed sola principis voluntas apud omnes pro ratione habetur.“ Pertz. SS. XX. 369.

Notarius igitur noster, qui statum rerum suae aetatis, priorum ducum temporibus solet tribuere, supra laudata, et tam principis quam subditorum iureiurando firmata puncta regnante Geiza secundo certe non condidit; redolent ea Belae III regis et filiorum eius aetatem.

Eruditus temporum Belae IV-i patronus, mutuam hanc inter principem Almum, et ceteras „principales personas“ de iuribus et officiis pactionem propter primum eius punctum: „Ut quamdiu vita duraret tam ipsis, quam etiam posteris suis semper ducem haberent de progenie Almi ducis“ — (non Arpadii, ut vulgus historiographorum locum hunc interpolare solet) eo fine perscriptam ab auctore fuisse opinatur, ut ius ad regnum Hungariae principi stirpis virilis Arpadianae, contra iniquas, quae passim iactabantur, postulationes Caroli Siciliae, et ut se ferebat Hungariae regis, historicis etiam rationibus vindicaretur.

Quid sibi voluerit hac sua divinatione vir doctus, non videmus. Libellus magistri P. de gestis Hungarorum, ex eius sententia, intra annos 1279—82 est editus; cum Andreas, postea huius nominis rex tertius ducatum suum, ut proximus regni haeres iam teneret. „Andreas vivente adhuc rege Ladizlao in Hungariam subintravit, eo quod esset dux, qui deberet habere portionem in regno regis Andreae, titulo avi sui.“ Chron. P. V. c. 88. p. 131. Et non erat dux nomine solum, sed re et potestate, etiam in partibus regni

Digitized by Google

Punctum II. „Ut quidquid boni per labores eorum acquirere possent, nemo eorum expers fieret.“ = „Possessionibus etiam quas quis iusto servitio obtinuerit, aliquo tempore non privetur.“ Decr. 1222. 17. Endl. Mon. 415.

P. III. „Ut isti principales personae qui sua libera voluntate Almum sibi dominum elegerant, quod ipsi et filii eorum nunquam a consilio ducis et honore regni omnino priuarentur.“ = „Si hospites, videlicet boni homines ad regnum venerint, sine consilio regni ad dignitates non promoveantur. 1222. 11. „Hospites nobiles ad regnum venientes, nisi incolae esse velint ad dignitates non promoveantur.“ 1231. 23.

P. V. „Ut siquis de posteris ducis almi et aliarum personarum principalium iuramentum et statuta ipsorum infringere voluerit, anathemati subiaceat in perpetuum.“ = „Haec tam nos quam filii nostri praestito corporaliter iuramento confirmavimus, spontanee consentientes, ut sive nos, sive filii nostri et successores nostri hanc a nobis concessam libertatem confringere voluerint, archiepiscopus Strigoniensis praemissa legitima admonitione, nos vinculo excommunicationis innodandi habeat potestatem.“ 1231. Endl. Mon. 533.

Reges Hungariae post confecta Stephani III-i et IV-i bella civilia, iurabant cum coronarentur, se iura „tam nobilium regni, quam etiam aliorum, „instituta a S. Stephano rege“ (prologus ad Bullam auream anni 1222.) observaturos. Ad hoc iusiurandum videtur alludere Emericus rex vivente adhuc patre Bela III-o coronatus: „Quia igitur ex suscepto regiae magnitudinis culmine omnium nostrorum fidelium iura illaesa et inconcussa servare tenemur.“ 1197. C. D. II. 310. Frater certe eius Andreas anno 1205, cum regiam adeptus est dignitatem, iuravit se iura regni servaturum, teste Honorio III-o in epistola ad Belam iuniorem regem: „Intellecto iam dudum, quod carissimus in Christo filius noster illustris rex Vngariae pater tuus alienationes quasdam fecerat in praeiudicium regni sui, et contra regis honorem; quum teneatur, et in coronatione sua iuraverit, etiam iura regni sui, et honorem coronae illibata servare.“ 1225. C. D. III. 2. 48.

Digitized by Google

Colomannus, Stephanus II, Bela et Geiza II reges iurarunt quidem civibus dalmaticis de non laedendis iuribus et privilegiis eorum; in Hungaros potestatem exercebant fere tyrannicam. Imperii regii ad nutum et arbitrium gesti testis oculatus Otto episcopus Frisingensis. „Omnes sic principi suo (Geizae II) obsequuntur, ut unusquisque ne dicam manifestis illum contradictionibus exasperare, sed et occultis susurris lacerare nefas arbitretur. Quod si aliquis ex comitum ordine regem vel in modico offenderit, vel etiam de hoc quandoque non iuste infamatus fuerit, quilibet infimae conditionis lixa a curia missus eum, licet satellitibus suis stipatum solus comprehendit, in vinculis ponit, ad diversa tormentorum genera trahit. Nulla sententia a principe, sicut apud nos moris est, per pares suos exposcitur, nulla accusato excusandi licentia datur, sed sola principis voluntas apud omnes pro ratione habetur.“ Pertz. SS. XX. 369.

Notarius igitur noster, qui statum rerum suae aetatis, priorum ducum temporibus solet tribuere, supra laudata, et tam principis quam subditorum iureiurando firmata puncta regnante Geiza secundo certe non condidit; redolent ea Belae III regis et filiorum eius aetatem.

Eruditus temporum Belae IV-i patronus, mutuam hanc inter principem Almum, et ceteras „principales personas“ de iuribus et officiis pactionem propter primum eius punctum: „Ut quamdiu vita duraret tam ipsis, quam etiam posteris suis semper ducem haberent de progenie Almi ducis“ — (non Arpadii, ut vulgus historiographorum locum hunc interpolare solet) eo fine perscriptam ab auctore fuisse opinatur, ut ius ad regnum Hungariae principi stirpis virilis Arpadianae, contra iniquas, quae passim iactabantur, postulationes Caroli Siciliae, et ut se ferebat Hungariae regis, historicis etiam rationibus vindicaretur.

Quid sibi voluerit hac sua divinatione vir doctus, non videmus. Libellus magistri P. de gestis Hungarorum, ex eius sententia, intra annos 1279—82 est editus; cum Andreas, postea huius nominis rex tertius ducatum suum, ut proximus regni haeres iam teneret. „Andreas vivente adhuc rege Ladizlao in Hungariam subintravit, eo quod esset dux, qui deberet habere portionem in regno regis Andreae, titulo avi sui.“ Chron. P. V. c. 88. p. 131. Et non erat dux nomine solum, sed re et potestate, etiam in partibus regni

Digitized by Google

Punctum II. „Ut quidquid boni per labores eorum acquirere possent, nemo eorum expers fieret.“ = „Possessionibus etiam quas quis iusto servitio obtinuerit, aliquo tempore non privetur.“ Decr. 1222. 17. Endl. Mon. 415.

P. III. „Ut isti principales personae qui sua libera voluntate Almum sibi dominum elegerant, quod ipsi et filii eorum nunquam a consilio ducis et honore regni omnino priuarentur.“ = „Si hospites, videlicet boni homines ad regnum venerint, sine consilio regni ad dignitates non promoveantur. 1222. 11. „Hospites nobiles ad regnum venientes, nisi incolae esse velint ad dignitates non promoveantur.“ 1231. 23.

P. V. „Ut siquis de posteris ducis almi et aliarum personarum principalium iuramentum et statuta ipsorum infringere voluerit, anathemati subiaceat in perpetuum.“ = „Haec tam nos quam filii nostri praestito corporaliter iuramento confirmavimus, spontanee consentientes, ut sive nos, sive filii nostri et successores nostri hanc a nobis concessam libertatem confringere voluerint, archiepiscopus Strigoniensis praemissa legitima admonitione, nos vinculo excommunicationis innodandi habeat potestatem.“ 1231. Endl. Mon. 533.

Reges Hungariae post confecta Stephani III-i et IV-i bella civilia, iurabant cum coronarentur, se iura „tam nobilium regni, quam etiam aliorum, „instituta a S. Stephano rege“ (prologus ad Bullam auream anni 1222.) observaturos. Ad hoc iusiurandum videtur alludere Emericus rex vivente adhuc patre Bela III-o coronatus: „Quia igitur ex suscepto regiae magnitudinis culmine omnium nostrorum fidelium iura illaesa et inconcussa servare tenemur.“ 1197. C. D. II. 310. Frater certe eius Andreas anno 1205, cum regiam adeptus est dignitatem, iuravit se iura regni servaturum, teste Honorio III-o in epistola ad Belam iuniorem regem: „Intellecto iam dudum, quod carissimus in Christo filius noster illustris rex Vngariae pater tuus alienationes quasdam fecerat in praeiudicium regni sui, et contra regis honorem; quum teneatur, et in coronatione sua iuraverit, etiam iura regni sui, et honorem coronae illibata servare.“ 1225. C. D. III. 2. 48.

Digitized by Google

Colomannus, Stephanus II, Bela et Geiza II reges iurarunt quidem civibus dalmaticis de non laedendis iuribus et privilegiis eorum; in Hungaros potestatem exercebant fere tyrannicam. Imperii regii ad nutum et arbitrium gesti testis oculatus Otto episcopus Frisingensis. „Omnes sic principi suo (Geizae II) obsequuntur, ut unusquisque ne dicam manifestis illum contradictionibus exasperare, sed et occultis susurris lacerare nefas arbitretur. Quod si aliquis ex comitum ordine regem vel in modico offenderit, vel etiam de hoc quandoque non iuste infamatus fuerit, quilibet infimae conditionis lixa a curia missus eum, licet satellitibus suis stipatum solus comprehendit, in vinculis ponit, ad diversa tormentorum genera trahit. Nulla sententia a principe, sicut apud nos moris est, per pares suos exposcitur, nulla accusato excusandi licentia datur, sed sola principis voluntas apud omnes pro ratione habetur.“ Pertz. SS. XX. 369.

Notarius igitur noster, qui statum rerum suae aetatis, priorum ducum temporibus solet tribuere, supra laudata, et tam principis quam subditorum iureiurando firmata puncta regnante Geiza secundo certe non condidit; redolent ea Belae III regis et filiorum eius aetatem.

Eruditus temporum Belae IV-i patronus, mutuam hanc inter principem Almum, et ceteras „principales personas“ de iuribus et officiis pactionem propter primum eius punctum: „Ut quamdiu vita duraret tam ipsis, quam etiam posteris suis semper ducem haberent de progenie Almi ducis“ — (non Arpadii, ut vulgus historiographorum locum hunc interpolare solet) eo fine perscriptam ab auctore fuisse opinatur, ut ius ad regnum Hungariae principi stirpis virilis Arpadianae, contra iniquas, quae passim iactabantur, postulationes Caroli Siciliae, et ut se ferebat Hungariae regis, historicis etiam rationibus vindicaretur.

Quid sibi voluerit hac sua divinatione vir doctus, non videmus. Libellus magistri P. de gestis Hungarorum, ex eius sententia, intra annos 1279—82 est editus; cum Andreas, postea huius nominis rex tertius ducatum suum, ut proximus regni haeres iam teneret. „Andreas vivente adhuc rege Ladizlao in Hungariam subintravit, eo quod esset dux, qui deberet habere portionem in regno regis Andreae, titulo avi sui.“ Chron. P. V. c. 88. p. 131. Et non erat dux nomine solum, sed re et potestate, etiam in partibus regni

Digitized by Google

Hungariae Sclavoniae vicinis: „Andreas D. gr. dux totius Sclauonie Dalmatie et Croatie. Hanc specialem ipsi ecclesie Vesprimiensi, nostrorum ducti baronum consilio salubri gratiam duximus faciendam: quod prefate ecclesie populi universi, in ambitu comitatus Simighiensis Vesprimiensis et Zaladiensis, in quibuscun que locis constituti, ab omni iurisdictione et iudicio comitum — sint exempti, prout per alios reges proavos et predecessores nostros indultum fuerat. Si qui vero huic nostre concessioni feliciter admisse voluerint contraire, vindictam sentient. Datum apud Kedhida. MCCLXXVIII." De eadem re comes Zaladiensis: „Nos Joannes magister Tauernicorum domini Andree inclyti ducis totius Sclavonie et comes Zaladiensis. Capitulum ecclesie Vesprimiensis per suos procuratores speciales fecerunt nobis exhibere privilegium domini nostri Andree magnifici ducis totius Slavonie Dalmatie atque Croatie etc." C. D. V. 2. 471—2.

Non igitur egebat dux iste patronis literatoribus, qui docerent incredulos, stirpem virilem Almi ducis vivente Andrea nondum defecisse.

Sed nec post fata Ladislai III-i dubitabat quisquam de cognatione et legitimis natalibus Andreae. Sed Maria regina putabat post obitum fratris sui liberis carentis, praeter bona domestica regnum etiam Hungariae excluso remotiore agnato Andrea, ad se et filios suos devolutum. Teste pontifice: „Cum tempore obitus clare memorie Latislai regis Vngarie, ac deinde dum Andreas in eodem regno se pro rege gerebat, carissima in Christo filia nostra regina Sicilie illustris, ad se ac dilectum filium nobilem virum Carolum nepotem eius prefatum regnum asseruit, et adhuc asserat de iure pertinere. 1302. C. D. VIII. 1. 88.

Ex adductis patet, primum illud pactionis punctum, ad controversias de ordine successionis in regno Hungariae post obitum Ladislai dicti Cuni exortas, nullo plausibili argumento pertrahi posse.

Non possumus silentio praeterire punctum quartum pactionis huius: „Ut si quis de posteris eorum infidelis fieret contra personam ducalem, et discordiam faceret inter ducem et cognatos suos, sanguis nocentis funderetur."

Hungaria inde a primo rege Stephano, usque ad regem huius

Digitized by Google

nominis quintum continuis fere bellis civilibus agitabatur; Stephanus tantum II regnavit sine aemulo. Bella tamen ista ante Belam IV inter reges et fratres, patruos, seu cognatos gerebantur. Prima inter patrem Andream et filium Belam discordia anno 1222. „Honorius archiepiscopis et episcopis per regnum Hungariae constitutis Quia A(ndreas) Hungariae rex illustris primogenitum suum in regem fecit inungi et etiam coronari, quidam perversi suum machinantur obsequium subtrahere ipsi regi, tamquam non sibi, sed filio teneantur; et sic contra utrumque dissidium et scandalum regni procurant. Fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus atque precipimus etc.“ C. D. III. 1. 388.

Stephanus filius Belae IV-i arma capit contra patrem. „Maria D. gr. Hungariae regina. Sciatis, quod cum perfidorum subditorum svasione, inter dilectissimum mihi Belam regem Hungariae dominumque meum ex una parte, et carissimum filium nostrum regem Stephanum ex alia, magna fuisset coorta discordia, ita ut ad manus conserendas dispositi ex utraque parte exercitus iam essent e regione constituti etc.“ 1262. C. D. IV. 3. 68.

Hoc etiam quamvis leve, gravioribus additum argumento esse potest, Magistrum P. quia non meminit, data occasione, discordiarum inter patres et filios, quae ante Belam IV nullae fuerunt, in Belae III. curia versatum fuisse.

2. Multum torsit interpretes huius operis, locus capitis quinquagesimi. „Sed et Carinthinorum Moroanensium fines crebris incursibus irruperunt, quorum multa millia hominum in ore gladii occiderunt, et usque in hodiernum diem adiuvante domino potenter et pacifice posteritas eorum detinet.“ Sumsit haec auctor paulum immutata a Reginone Prumiensi. „Carantanorum, Marahensium, ac Vulgarum fines crebris incursionum infestationibus irrumpunt, perpaucos gladio, multa millia sagittis interimunt.“ SS. I. 600.

Moroanenses igitur iidem qui Marahenses; populi nempe a flumine teutonicis Maraha auctori nostro Moroa (c. 37. 57.) nominati. Quasi diceret: Irruperunt in regionem Carantanorum et Moroanensium, seu Slavorum accolarum fluminis Moroa; possidentque provinciam hanc usque in hodiernum diem. Quod a nemine in dubium vocatur.

Digitized by Google

Eadem fere tradit Constantinus Porphyr. imperator: „Turci itaque profligati (a Patzinacitis) fugientes, et terram ad sedes collocandas quaerentes, magnam Moraviam ingressi incolas eius expulerunt, ibique sedes suas posuerunt, tenentque in hodiernum usque diem.“ De adm. imp. c. 38. „Inde (a Sirmio) magna Moravia baptismo carens, quam Turci devastarunt, cuiusque princeps olim fuit Sphendoplucus.“ c. 40. „Post huius Sphendopluci mortem anno uno in pace exacto, orto deinde dissidio et bello civili, invadentes Turci funditus eos exstirparunt, regionemque eorum occuparunt, quam in hodiernum usque diem incolunt.“ c. 41.

Viri docti quotquot animadversiones in Anonymum ediderunt, hic marchiam Carantanam et fluvium Muram cogitant, sed falluntur; fluvium enim Muram nemo unquam Hungarorum Moroam vocavit, nec populos Carinthinos, Moroauenses dictos usquam legimus. Mura appellatur hic fluvius iam aetate Belae II-i regis in charta fundationis monasterii S. Petri de Chatar: „Non ultra aquam Muram, sed citra pars Alexii data est.“ C. D. II. 88. Ultra Muram enim, angulus terrae quem confluxus huius fluvii et Dravae efficit, iuris erat hungarici iam inde a prima occupatione, constituebatque regnante Emerico partem comitatus de Sala. „Hemericus D. gr. rex. Noverit tam praesens aetas, quam secutura posteritas, quod nos — ipsos qui super terram B. Michaelis, quae inter Muram et Dravam consistit, in praesentiarum commorantur, vel in futurum commemoraturi advenerint, de totius debiti ipsis incumbentis — obligatione absolvimus.“ 1203. C. D. II. 414.

Si notarius regius marchiam Carantanam voluisset designare Stiriam dixisset; haec enim nomenclatura sua aetate iam vigebat. Anno 1179 marchio Ottocarus eam Carinthiae partem tenebat, quae nunc Stiria vocatur, acceptam ab avo suo Leopoldo († 1129), qui eam partim haereditate, partim emtione et commissa sibi eiusdem provinciae praefectura adquisiverat. Scribebatque se Ottocarus iste in charta Cremifanensibus data iterato marchionem tertium Stiriae (ab avo scilicet suo Leopoldo), quamquam fuerit Styrensis sextus. Anno 1180 „Otaker ex marchione Stirensi ducis nomen est adeptus, eo anno quo et gladio est accinctus.“ Annal. Adm. SS. IX. 585. Ultimus ex hac stirpe dux obiit anno 1186. „Otacher dux Sty-

Digitized by Google

riae leprae morbo praepeditur; ducatum Styriae, munitiones praedia, et omnes ministeriales cognato suo duci Liupoldo Austriae reliquit.“ Auct. Ekkeh. Altahense. SS. XVII. 384. Leopoldus hic vivente adhuc Bela III-o mortuus, dux erat Austriae et Stiriae. „1194. Liupoldus Austriae Stiriaeque dux apud Graz pridie Kal. Ian. moritur. Cui duo filii successerunt: Fridericus quidem in ducatum Austriae, et Liupoldus in ducatum Stiriae. Contin. Annal. Adm. SS. IX. 587.

Magister igitur P. Belae III-i notarius, regionem illam vix alio quam longo iam tempore passim noto nomine Stiriae appellasset.

3. Scriptores quidam medii seculi decimi tertii Pannoniam antiquitus pascua Romanorum dictam fuisse tradunt. Hac appellatione utitur etiam Anonymus: „Post mortem Athile regis terram Pannonie romani dicebant pascua esse, eo quod greges eorum in terra Pannonie pascebantur. Et iure terra Pannonie pascua romanorum esse dicebatur, nam et modo romani pascuntur de bonis Hungarie.“ IX. Operae pretium fuerit conferre initium itinerarii Fratrnm Praedicatorum, cum verbis auctoris nostri. „Inventum fuit in Gestis Vngarorum christianorum, quod esset Vngaria maior, de qua septem duces cum populis suis egressi fuerunt, ut habitandi sibi quaererent locum, eo quod terra ipsorum multitudinem inhabitantium sustinere non posset. Qui cum multa regna pertransissent et destruxissent, tandem venerunt in terram quae nunc Vngaria dicitur, tunc vero dicebatur pascua Romanorum.“ 1236. C. D. IV. 1. 50. Eandem causam migrationis adfert Anonymus: „Scithica terra quamuis admodum sit spatiosa, tamen multitudinem populorum inibi generatorum nec alere sufficiebat, nec capere. C. I p. IV. Similia de pascuis legimus apud Thomam archidiaconum Spalatensem. „Haec regio dicitur antiquitus fuisse pascua Romanorum.“ Hist. Salonitanae. C. 14.

Haec innuere videntur, libellum hunc Anonymi de gestis Hungarorum, circa medium seculum decimum tertium iam editum et lectum fuisse. Quod vero auctor addit de Romanis, qui sua aetate pascebantur de bonis Hungariae; hoc referri videtur ad mores temporum Belae III-i et filiorum eius. Cum nempe praepositi et abbates monasteriorum, protectionem romani pontificis quaerentes, in

Digitized by Google

signum subiectionis coeperunt vectigalia vel ultro offerre, vel imperata persolvere. Jam Urbanus III suscipit domum hospitalem S. Stephani regis in suam tuitionem, et subiungit: „Ad indicium autem huius a sede apostolica percepte libertatis unam unciam auri nobis, nostrisque successoribus annis singulis persolvetis.“ 1187. Kn. Mon. I. 133. Sic Innocentius III. abbati S. Aegidii de Simighio: „Personas vestras et monasterium Simighiense sub B. Petri et nostra protectione suscipimus. Ad indicium autem huius nostrae protectionis et confirmationis perceptae, fertonem auri gratis oblatum, nobis et successoribus nostris annis singulis persolvetis.“ 1210. C. D. III. 1. 98. Et re vera haec dictorum monasteriorum tributa consignata reperiuntur in excerptis e libro censuum romanae sedis a Cencio camerario conscripto: „In episcopatu Strigoniensi Hospitale S. Stephani unam unciam auri, quae dicitur Obon. Monasterium S. Salvatoris de Sacsard II romanatos. In episcopatu Vesprimiensi ecclesia B. Stephani regis apud castrum Belegrade unam marcam auri, quae est hospitale. Simigiense monasterium debet fertonem, aut duas uncias auri ad pondus Hungariae.“ C. D. II. 282.

4. His accedit observatio, camelos Anonymo teste per Hungaros primum in regnum hoc introductos: „Tunc dux Arpad inito consilio, eodem modo misit nuncios suos ad Salanum ducem, et misit ei XII albos equos, et XII camelos.“ XXIV. Animalia haec ad onera portanda aetate Belae III-i adhuc in usu; subsecutis temporibus, apud annalium domesticorum scriptores, altum de illis silentium, forsitan quia Hungari camelos non amplius alebant. Arnoldus Lubecensis de itinere Friderici I imperatoris et cruce signatorum per Hungariam anno 1189: „Profecti autem inde venerunt ad fluvium qui Marowa dicitur, ubi rex (Bela) domino imperatori plaustra misit multa farina onerata, et quodlibet plaustrum duobus tauris regebatur. In eodem loco rex imperatori vale dicens discessit, dans ei quatuor camelos pretiosis muneribus oneratos, quae ad quinque millia marcarum computata sunt. Leibn. SS. II. 678.

Nolumus praetermittere mentionem episcopi Turda, factam in magistri P. opere: „Et in legatione illa missi sunt duo strenuissimi

Digitized by Google

milites Usubuu pater Zoloucu, et Velec, a cuius progenie Turda episcopus descendit.“ c. 19.

Georgius Pray observaverat in Dissertatione de Dextera S. Stephani regis: „A Belae III. postremis annis inchoando ad Ludovici II exitum, iam moris erat episcoporum nomina cum suis sedibus nominatim exprimi; et habemus illius aetatis antistites in singulos annos. Nullus isthic Chartuitius apparet toto quantum erat Belae IV regimine; igitur necesse est, ut eum ad vetustiora tempora retrudamus, quibus nondnm obtinebat ut episcoporum sedes nominatim in regnm literis scriberentur.“ p. 13. nota 1.

Haec eruditi historici animadversio notam temporis praebet ad definiendam aetatem etiam Anonymi nostri, teste Cornidesio: „Omnes omnium dioecesium episcopos, qui inde a Belae IV seculo ad nostra usque tempora fuere, in singulos fere annos novimus nominatim; nullus tamen in iis comparet Turda, nec in tanta omnis generis diplomatum copia, quae ad Belam IV successoresque spectant, similis nominis antistitem diploma prodidit ullum. Unde liquido constare arbitror, non tantum Turdam episcopum, sed Anonymum nostrum, utpote Turdae episcopo illi synchronum Belae IV aevo esse omnino anteriorem.“ Refellit etiam idem vir doctus contradicentem Prayum, patronum in hac de aetate controversia Belae IV, ex ipsius supra adducto ratiocinio: „Jam si pro Chartuitio Turdam substituas, eodem profecto argumento, quo Chartuitii caussam peroraverat Cl. Pray, suam Turdae quoque antiquitatem adseri ecquis non videt?“ Vindic. p. 64, 65.

6. Notam denique temporis praebent, praeter voces ex idiomate hungarico admixtas, dativi hungarici nominum propriorum, adiecta syllaba n e c formati. Euphoniae gratia videtur auctor hoc fecisse, nam nomina illa in r vel u terminantur, nec ulli verbo praeter d a r e iunguntur. „Dux Arpad dedit multas terras Edunec et Edumernec. XVII. Dux dedit Bungernec patri Borsu terram magnam. XXXI. Dedit terram magnam Ousadunec patri Vrsuur. XXXII. Oundunec patri Ete. XL. Tosunec patri Lelu. XLI. Cundunec patri Curzan. XLVI. Eudunec filio Ete. XLVII. Eleudunec patri Zobolsu. L. Vsubunec patri Zoloucu“ LII. Haec sola talis

Digitized by Google

constructionis exempla supersunt, cetera terminationem latinam accipiunt: Arpadio, Boytae, Zultae, Cadusae, Veluquio."

Usus suffixorum hungaricorum in sermone latino, non est sine exemplis in monumentis priorum rei publicae hungaricae seculorum. Jam in decreto S. Ladislai nomen Ewr (lege: őr = custos, speculator) in numero plurali Ewr-i vel Ewr-ek construitur, „Decuriones eorum, qui vulgo Ewr-i vocantur. — Qui dicuntur Ewr-ek." III. 1—2. Endl. Mon. 341.

Occurrunt porro, sed tempore tantum Andreae regis, accusativi hungarici, in parte Regesti Varadiensis per annos 1219 et 1229 conscripta. „Jordan de villa Keze, et Keiguez de villa Shol, impecierunt Ugud-ut, Obudut, Sceca-m et Scemhegi-t et Dudor-t et Benczi-um de furto. Prenominatorum furum quatuor, scilicet Ugud, Benczy, Obud, et Sceca portato ferro combusti sunt et suspensi. Dudor veniens, pre nimia infirmitate, ferrum portare non potuit. Scemhegi in eadem septimana non comparuit." C. 57. „Vduornici regis impecierunt Andream Fatam et Mogd-ut. Andreas Fata et Mogd combusti sunt." C. 100. „Teka impeciit Kebek-et et Bodol-t de furto. Dicti fures Kebek et Bodol in dato termino non comparuerunt." C. 220. „Pangracius traxit in causam Aruad et filios eius, scilicet Chicham et Monos-t. Prefatus Monos portato ferro mundatus est." C. 348. Endl. Mon. 729. In aliis horum temporum monumentis constructionis hungarico-latinae unicum exemplum invenimus in metalibus villae Jeneu provinciae Bihoriensis. „Transito torrente vadit ad Zeguenozo, et pertinet Jeneun ec." 1236. C. D. IV. 1. 64. Vox etiam hungarica terminatione ás actionem significans, ad exemplum: „fecerunt aldamas vel aldumas" (c. 16. 22.) in regesto de Varad anni 1235 legitur. „Impeciit cocum regis de equi sui eladas" (venditione). C. 168. Endl. 684.

Cuncta haec exempla in monumentis ante annum 1241 exaratis leguntur. Liber igitur Magistri P. vel extremis seculi duodecimi, vel primis decimi tertii annis, certe ante bellum cum tartaris gestum scriptus fuisse videtur.

Digitized by Google

De scriptura codicis.

Praeter diversas de aetate magistri P. opiniones, hoc etiam in quaestione versatur, scripserit ne codicem ipse auctor, vel scriba aetate eidem aequalis, cuius errata postea ipse correxerit.

Primus rei diplomaticae in Hungaria doctor Pray seculo elapso codicem vivente auctore scriptum fuisse existimabat; contradicente docto viro Daniele Cornides in suis vindiciis: „Autographum certe auctoris non est, nec esse quisquam unquam affirmavit, licet haberi ab omnibus pro autographo Cl. Pray sibi persvadeat. Codicem seculo XIII-o inclinante esse exaratum ultro largior.“ p. 104.

Nos notavimus nonnulla, quae codicem eiusdem cum auctore aetatis esse, subobscuris quidem indiciis, innuere videntur.

1. Codex iste literas initiales manu artificis colore rubro et viridi pictas, inscriptiones vero capitum minio scriptas exhibet. Destinatus fortasse amico suo viro venerabili N. ab auctore fuerat, cuius mentio in praefatione. Maiores hae literae et tituli minio notati alienae manus opus sunt, et post absolutum libri contextum locis vacuis relictis adscripti. Permutantur enim D et T, Dunc pro Tunc, initio capitis 13-i, tituli vero capitum 44 49 50 55 57 in margine; caput vigesimum tertium in ima parte paginae scribuntur, quia incuria librarii, locus titulis in contextu nullus fuerat relictus.

2. Litera ę aliquando perperam, non semel recte etiam posita invenitur. *persone-quę* c. 12. *hęę persone* c. 1. in voce item hungarica *uęrtus.* 50.

3. Auctoris interventum indicare videntur octo versus capitis decimi quarti, in ima pagina decimatertia quae usque ad marginem non producuntur, imo in medio lineae vox hun-gari.e sine causa apparente dividitur.

Nos ex praecepto praelegentis auctoris existimamus spatium illud a scriba vacuum relictum fuisse, ut locus sit, si auctor narrationem suam de Salano duce copiosius perscribi vellet Qui tamen hiatus postea paucis illis quae exstabant expleri non potuit.

4. Inter emendationes codicis occurrunt nonnullae, quae ab ipso auctore factae videntur. Voces enim transpositae vel omissae non sunt insolitae, nec ordo earum turbat sensum; vulgusque scrip-

Digitized by Google

torum et lectorum talia mutare non solet. Capitis IV-i p. 4. lin. 32. „factum est duci ugek et suis cognatis magnum gaudium“ extremis vocibus signa permutationis imponuntur, velut in cap. XIV. lin. 33. „ausi facere fuissent“ ut legatur utrobique: „gaudium magnum“ sicuti nos dedimus et „facere ausi fuissent.“ Quod nemini praeter auctorem in mentem venisset. Primus certe editor Schwandtner (1746) et ultimus Endlicher (1849), licet signa viderint, ea in vocibus „magnum gaudium“ ut rem nullius momenti ambo praetereunt, servantque primum ordinem; in „ausi facere“ Endlicher solus paret monito recensentis, datque „facere ausi.“ Haec ut vidimus, nec transcriptorem nec lectorem solent, quamvis signata morari; auctor tamen qui semper et ubique „factum est gaudium magnum“ solitus fuerat dicere et scribere, operae pretium facere putabat si errorem scribae correxisset. Vide capita 18 30 38 43 50 et 22 „gavisi sunt gaudio magno valde.“ Bis tantum occurrit „magno gaudio“ capp. 17, 29, sed ad verba „egressi“ et „recepit“ refertur, et praeterierit ut multa alia attentionem auctoris recensentis.

Alterum recogniti ab auctore contextus vestigium invenisse putamus in capitis 56 linea 17 a: „Taurinam ciuitatem opulentissimam (ceperunt) expugnaverunt.“ Vox ultima supra praecedentem punctis signatam scripta.

Non videtur vero simile alium quemdam praeter ipsum auctorem permutationem hanc facere potuisse. Secundum enim morem loquendi in hoc opere usitatum civitates et castra nunquam „expugnantur“ semper „capiuntur.“ Vide capita: 34 37 42 43 44 45 49 et 56. Castrum etiam Borsoa „pugnando apprehenditur.“ c. 14. „Expugnare“ huic scriptori idem videtur esse ac „devastare oppugnare, invadere.“ Almus dux civitatem Kyeu expugnat, non tamen capit. c. 9. Expugnant Hungari, idest: invadunt devastant Franciam et Galliam. c. 55. Haec observatio confirmat opinionem nostram, nullam aliam fuisse causam substituendi „expugnaverunt“ pro „ceperunt, nisi ut evitetur eiusdem verbi continua repetitio. Praecedenti nimirum linea „Segusam ceperunt ciuitatem“ steterat. Tales observationes et emendationes, auctores ipsi non transscriptores facere solent.

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES CRITICAE

in nuper editas Legendae Hartvicianae vindicias.

Disquisitiones nostrae de contextu aetate et fide Legendarum S. Stephani regis[1]) censorem nactae sunt in Hungaria Hartvicum quemdam, pertinacem auctoris cognominis patronum, acerrimumque gloriae Hartvicianae vindicem.

Hic in ephemeridibus eruditae societatis historicae „Secula" appellatis anni 1881, stomachatur, et nos facinus commisisse clamat, qui Hartvicum Legendarum sancti regis interpolatorem, Colomanno Hungariae rege recentiorem, et sublestae fidei scriptorem dixerimus.

Vitio vertit nobis praesertim, quod in enucleandis rebus intricatissimis saepius verisimilitudine duntaxat et coniectura ducamur; nec considerat, cum certiora desint, nihil aliud ad solvendas difficultates, nisi probabile superesse, et hoc interim sufficere.

Erroris porro nos arguit in definienda Legendae Hartvicianae aetate, provocatque ad epistolam Innocentii III datam anno 1201: „Archiepiscopo Colocensi et eius suffraganeis, et universis praelatis exemtarum ecclesiarum in provincia Colocensi constitutis, quod per suas ecclesias legere possint Vitam S. Stephani regis Hungariae amoto articulo, quo dicitur ipsum de utroque iure de ecclesiis disponere potuisse."[2]) Quia vero similia his occurrunt apud Hartvicum cap. V. §. 9. pag. 45 nostrae editionis, totum opus illud vir doctus iam anno 1201 confectum fuisse opinatur.

Nos locum hunc decreti pontificii, etsi bene notum, cuius scilicet mentionem vir doctissimus Julius Városy iam anno 1879 in

[1]) Vide „Hist. hung. Fontes domestici" I. pp. 183—220. [2]) Theiner, Monumenta Slavorum meridionalium I. 57. e regestis Innocentii III. 1201 n. 77.

Digitized by Google

libro: „Astricus sedi suae Colocensi servatus“ inscripto, pagina 5-a fecerat, inter notas temporis non adduximus, quia argumentum praebere videbatur pertenue, minimique ad definiendam aetatem Legendae momenti.

Levem esse hanc censoris de aetate primae editionis Hartvicianae coniecturam demonstraturi, observamus verba Legendae cum supra laudatis Innocentii non omnino convenire: „Dispositioni eiusdem ecclesias Dei simul cum populis utroque iure ordinandis relinquimus.“ Verba: „utroque iure“ non exstant in codicibus Lunaelacensi et Tegernsensi; „ordinandis‘ vero non ad ecclesias, sed ad populos refertur. Runensis tamen et Cracoviensis editio „ordinandas“ habent. Ut autem comparatio plenior fieri possit, contulimus epistolam etiam Silvestro attributam, qui eodem quo Innocentius verbo „disponere“ utitur, ecclesiasque regni non Dei nominat: „Secundum quod divina gratia te et illos (successores tuos) docuerit ecclesias regni tui praesentes et futuras, nostra et sucessorum nostrorum vice disponere ac ordinare apostolica auctoritate similiter concessimus.“ Font. I. 98.

Sed quoniam de fide huius epistolae dubitatur, missam eam facimus, veroque simile esse censemus articulum decreti supra laudati non ad interpolatam hanc legendam, verum ad aliam potius sancti regis vitam spectare; ubi seculo adhuc 14-o exstabat annus 969, quo Stephanus natus credebatur*); unde exeunte seculo 15-o exscripsit Pelbartus, quae de comite palatino propter iniustum iudicium excoriato — et filio regis Ottone ante Emericum defuncto narrat; ubi denique continebatur historia de aegroto per sanctum regem iniecta veste, manuque imposita curato, quam nunc solus habet codex Warsawiensis.

Nihil certe nos cogit sententiam Innocentii ad narrationem Hartvici de legatione romana referre, cum praesertim pontifici tribuantur hic verba, quae postea per alium pontificem revocentur. Et quemadmodum in decreto laudato, de potestate solum regis sermo

*) Geycha — anno dominicae incarnationis nongentesimo sexagesimo nono quemadmodum in Legenda beati Stephani scriptum est, genuit S. Stephanum regem ex Saroth filia Gyula.“ Chr. P. V. p. 38.

Digitized by Google

est, omissa eius origine romana; ita fuerit etiam sine mentione pontificis in illa Vita sancti, cuius lectio Colocensibus sub conditione permittitur. Ita plane codex Warsawiensis: „Post acceptum regalis excellentiae signum beatissimus vir Dei Stephanus Vngarorum rex episcopales ecclesias amplians regaliter disposuit.“ Font. I. 74.

Sed largiamur, si ita placet, ingenioso Hartvici patrono, verba Innocentii hunc ipsum Legendae interpolatae locum respexisse; status quaestionis hac nostra concessione non mutatur; initia nempe operis Hartviciani in priora his, quae nos designavimus, tempora reponi non possunt.

Collectitium enim istud opus non uno tempore, nec ab uno scriptore consarcinatum fuisse satis clare ostendimus, cum tres eius editiones distinximus. Nec in disquisitione nostra de aetate huius Legendae quidquam occurrit, quod praesentiam laudati decreti pontificii magnopere requirat. Scripsimus enim: „Superstitiosa haec ducis et regis distinctio, Hartvicum circa Emerici regis tempora (1196—1204) scripsisse indicat.“ (pag. 200.) Ubi vox superstitiosa non sensu ecclesiastico ponitur, ut censor sumsisse videtur, sed significat: nimis sollicitum vel diligentem in re parvi momenti quem vulgo scrupulosum vocitant. Eo sensu utitur hoc vocabulo Quintilianus: „A graeco sermone puerum incipere malo: quia latinum, qui pluribus in usu est vel nobis nolentibus perbibet. Non tamen hoc adeo superstitiose velim fieri, ut diu tantum loquatur graece aut discat.“ Inst. I. 1. 12—13.

Annus 1212—3 ad Colocensem Astrici sedem pertinet; 1218 ad Geizam ducem quartum; 1233 ad visionem matris. „Astricus ipse ante annum 1212 Colocensis appellatus vix fuerit. — Post annum demum 1212 fuerit fama de Astrico Colocensi diffundi coepta.“ Font. I. p. 200.

In fine tantum huius disquisitionis humani quid nos passos fuisse fatemur, cum praetermissa aetate Emerici regis, cuius mentionem supra feceramus, terminos consarcinati operis intra annos viginti definivimus. Emendamus igitur locum illum: „Aetas Legendae Hartvicianae intra exitum seculi duodecimi, et trigesimum tertium seculi decimi tertii annum collocari potest.“ Font. I. p. 201.

Denique parvi refert, fueritne lecta pars ista Legendae annis

Digitized by Google

1201-o proximis in provincia Colocensi cum vel sine additamento de „ecclesiis Dei utroque iure ordinandis“; dummodo ipse Astricus qui legationem illam Romanam obiverat Strigoniensis eo tempore fuerit, ut in Legenda Maiore diserte — in codice vero Pestiensi a prima manu scriptum fuisse vidimus; et ut in monumentis historicis Germanorum Bohemorum Polonorum usque ad seculum 16-um commemoratur.

Alterum censoris nostri, ad probandam operis Hartviciani antiquitatem, argumentum est testimoninm Eugenii IV-i 1431. „Olim Clemens III predecessor noster, etiam ad pie memorie Alexandri, eiusdem Clementis et nostri predecessoris exemplar, ecclesiam Albaregalis Vesprimiensis diecesis, sub beati Petri et eius protectionem susceperat; libertates quoque seu immunitates iura et dignitates predicte ecclesie a sancto Stephano rege, qui ecclesiam ipsam fundavit concessas, que in vita sua leguntur, et ab aliis regibus indultas ac usque ad tempus recolende memoria Geyse regis conseruatas, ratas ac firmas, easque perpetuis temporibus illibatas manere sanciuit.“ Apud Theiner Monum. Hung. II 212.

Cum iura haec Albensis ecclesiae in codicibus tantum Hartvicianis legantur, totum illud opus iam aetate Geizae regis et Alexandri III pape (1159—1161) confectum et editum fuisse adfirmat vir eruditus.

Nos e laudatis Eugenii IV-i verbis hoc solum pro certo statui posse censemus, ecclesiae Albensis libertatem immunitates et dignitates, quae a sancto rege concessa dicebantur, ab Alexandro et Clemente III pontificibus confirmata fuisse. Quod ad verba: „quae in vita sua leguntur“ attinet, haec ab ipso Eugenio adiecta videntur; Alexandri III-i certe non sunt, nam hic Stephanum nusquam sanctum vel sanctae memorie, sed ut alios vita functos beatae tantum memoriae regem appellat. Si pontifex iste non agnoscit sanctitatem Stephani, multo minus est probabile Vitam eius pro fide digno documento habuisse.

Clemens III (1187 - 1191) potuit quidem confirmasse haec privilegia Albensium, sed ut ad Legendam sancti provocaverit pontifex, cuius officium erat fidem talium legendarum determinare, restringere vel abrogare, res vero parum similis videtur.

Digitized by Google

Habemus confirmationes privilegiorum monasterii S. Martini a Paschali II, Alexandro Urbano et Clemente III factas. Priores enarrant singula privilegia, memineruntque beatae memoriae — vel simpliciter, regis Stephani, a quo ut fama ferebat, ea concessa fuerant. Clemens, qui iam sanctitatem tribuit regi, non solum enumerat illa privilegia, sed, quod ad rem nostram facit, meminit etiam Geysae regis, propter praescriptionem annorum quadraginta, quibus ecclesiastici contra seculares iura sua firmare solebant. Unde patet haec et talia commemorare, fuisse de stilo ut dicitur curiae, Eugenium vero, dum verba Clementis transcribit nonnulla e suo addidisse. En stilum Clementis: „Libertates quoque iura et dignitates predicti monasterii (S. Martini) a sancto Stephano rege eidem monasterio concessas, et ab aliis eciam regibus indultas, et usque ad tempus illustris memorie Geyza regis seruatas, ratas habemus et firmas, easque — perpetuis temporibus illibatas manere sancimus." Liber ruber Monasterii S. Martini. n-o XLIV. pp. 88—90.

Suscipit etiam diligens iste interpolationum Hartvicianarum patronus defensionem decimarum e prolibus a populo Symigiensi exigi solitarum; argumenta ducens a servis ecclesiae (Leg. Min. §. 5.), et a testimoniis capitulorum (Vita SS. p. 79—83.). Nos virum doctum in hac sua opinione perstare sinemus. Non adeo abundamus otio, ut res palam et in luce positas videre et capere nolentibus pro ductore vel doctore nos obtrudere velimus. Vide disputationem nostram de hac re in opere: Vita SS. Stephani etc p. 210—213.

Non potest praeterea concoquere vir rerum ecclesiasticarum haud plane imperitus, canonizationem Stephani regis p o p u l a r e m tantum dici, nec successoribus Gregorii VII i per integrum seculum notam vel adprobatam fuisse.

Doctrinam nostram de canonizatione sanctorum e scriptis Eminentissimi Cardinalis Lambertini, postea pontificis Benedicti XIV-i hausimus, qui huius negotii non tantum apprime gnarus, sed etiam iudex legitimus haberi potest.

Digitized by Google

Quod successores Gregorii VII-i regem nostrum sine titulo sancti saepius nominant, est res e chartis pontificiis satis comprobata. Urbanus II. religiosum eum principem, imo simpliciter Stephanum (predecessor tuus Stephanus. V. SS. p. 217.) vocat. Nec Eugenius III. elapsis iam 70 a canonizatione annis eum sancti appellatione dignatur: „Multa cognovimus de castitate ipsius (Henrici imp.), de conversione regis Stephani, et totius Hungariae Domino cooperante per ipsum facta.“ Bolland. A. SS. Julii III. p. 716. C. D. VII. 4. 60. Sicut Alexander ita etiam Urbanus III. beatae tantum, memoriae regem illum appellat: „Secundum quod a beate memorie Stephano rege statutum est, presenti privilegio statuimus.“ 1187. Mon. I. 80.

Istud „beatae memoriae“ non significat sanctum vel beatum sensu ecclesiastico; sed eiusdem est valoris ac piae — recolendae — divae memoriae, et similia. Sic Stephanus III. rex de patre suo Geiza: „Ego Stephanus beate memorie Geyse regis filius.“ 1162. C. D. II. 164. „Primo rex Karolus beate memorie pater ipsius (Ludovici regis) Fratres Ordinis (S. Pauli) introduxit.“ Chron. Bud. 234. „Cum rex Stephanus (quintus) diue memorie possessionem Visk dedisset.“ 1300. C. D. VI. 2. 253. Confirmatur haec interpretatio epistola Paschalis II: „Secundum preceptum beatae memoriae Stephani pii regis per presens priuilegium confirmamus. (autogr. lin. 6.) Decime quas piae recordationis Stefanus rex ab ecclesia sancti Michahelis emit.“ (lin. 16). Clemens III. primus pontificum scribit anno 1187 „sanctum Stephanum regem“, ut supra e libro rubro Monasterii S. Martini dedimus.

Et haec quidem e chartis pontificum per decursum primi a canonizatione sancti regis seculi. In nostris seculi undecimi et duodecimi chartis Stephanus ut rite et legitime canonizatus sanctus, et sanctissimus appellatur. „Hac ordinatione sacro beatoque Mauricio ordinauit rex sanctus Stephanus.“ 1186—1100. Charta monast. de Bel. lin. 73. Mon. I. 36. „Sanctissimus rex Stephanus. 1111. C. D. VII. 4. 57. Denique aetate Alexandri III-i qui sanctitatem Stephani adhuc ignorat auxilium sancti regis in Hungaria palam implorabatur: „Si quis huius salubris oblacionis datum infringere aut violare temptauerit, omnipotentis Dei gracia, et San-

Digitized by Google

cti Stephani regis adiutorio careat.“ 1165. Kn. Mon. I. 119. Non sic rex Ladislaus; quem ante pontificiam anno 1192 canonizationem nemo sanctis adnumerat. „Ordinauit rex sanctus Stephanus, quam et renovavit rex piissimus Ladizlaus.“ Charta monast. de Bel. „Terra quam sanctus Stephanus rex necnon et Ladizlaus rex in Sala super Wag monasterio S. Martini contulerant·“ 1138. C. D. II. 110. „Reditus quos predecessor meus rex Ladislaus ad usum fratrum Budensis ecclesie ordinauerat.“ 1140. C. D. II. 129. „Prior Ladislaus rex gloriosissimus et II. Bela rex felicis memorie pater meus. 1163. C. D. II. 165.

Securo igitur iubemus esse animo censorem nostrum de canonizatione Stephani regis populari nec multum laborare de manifesto errore Hartvici sui, qui ius in album sanctorum quemquam referendi (ex romanae sedis institutione apostolicis literis sancitum est etc.“ Leg. Hartv. §. 23. p 63) quod Alexander III. solius esse pontificis decreverat, integro seculo prius viguisse existimaverit. Longius abest interpolator huius loci non tantum a Colomanni sed etiam ab Alexandri III-i aetate.

Praecipuum vindiciarum viri docti caput constituit sententia eius de natura et origine Legendarum laudatarum.

Legenda nempe Minor ut censori nostro placet, constat ex spicilegio operis Hartviciani, et aliis quibusdam narratiunculis, quae rumore populari ferebantur. Maior Legenda est epitome Hartviciana ad solatium devotae cuiusdam personae confecta Bonus scilicet quidam monachus qui Minorem iam haberet, sic excerpserit opus Hartvici ut omitteret. 1) Ea quae in minore occurrunt. 2) Quae non pertinebant stricte ad personam regis; v. gr. praefationem Hartvici, iter romanum Astrici, historiam Sebastiani Strigoniensis, privilegia ecclesiae Albensis. 3) Quosdam locos similes, v. gr. visionem reginae post illam quam rex ante natum filium habuerat, ecstasin sancti post alia praecedentia miracula. Hinc palam fit, ait ille, cur desinat Maior L. in extremis sancti ante mortem verbis. Animadverterat scilicet scriptor, mortem, et quae hanc consecuta sunt in Minore iam breviter relata fuisse.

Digitized by Google

Multa sunt quae opinionem hanc primo obtutu speciosam minus probabilem ostendant. Pauca tantum attingimus.

Minor L. de Geyza duce: „Pater eius (Stephani) rex quidem, sed primum gentilis fuit. In tantum autem divinis conspectibus se probabilem reddidit, ut omnes militiae suae comites ad veram dei culturam converteret, quos vero alienae viae sectatores reperit, minis terroribusque subiugavit.“ §. 3. Eadem Legenda paulo post de Stephano: „Post cuius obitum Stephanus adhuc puer, apud se coepit meditari, ut si populum etc. Hunc secundum ecclesiasticam doctrinam instituens iugum et legem disciplinae subpositis cervicibus adhibuit, omnesque immunditias malorum prorsus destruxit.“ §. 4. Haec de duobus principibus scripta, apud Hartvicum, distracta et interpositis Maioris Leg. laciniis, in solum Stephanum translata leguntur. „Post obitum patris Stephanus adhuc adolescens, apud se coepit meditari, quomodo populum etc.“ C. II. §. 5. Interposita deinde belli civilis, adventus in Hungariam Astrici fundationisque monasterii ad radicem montis ferrei historia, permiscet et confundit Hartvicus laudes et acta Geizae, cum iis quae in eadem Legenda Stephano tribuuntur. „Is dei servus princeps christianissimus (Stephanus) in tantum divinis conspectibus se probabilem reddidit, ut omnes militiae suae comites ad veri dei culturam converteret, quos vero alienae viae sectatores reperit, minis terroribusque subiugavit, (hactenus e Minoris §. 3-o ad Geizam pertinente) ipsosque secundum ecclesiasticam doctrinam instituens iugum et legem disciplinae subpositis cervicibus adhibuit, omnesque immunditias malorum prorsus destruxit.“ (Min. §. 4. de Stephano) Hartv. IV. §. 7

Maioris etiam L. partes disiectas et interpolatas legimus apud Hartvicum. Ibi post adventum Astrici primum in regno construitur monasterium ad radicem montis ferrei. §. 7. Postea eriguntur decem episcopatus, fundanturque alia claustra et coenobia. Postremo construitur monasterium S. Martini in monte Pannoniae. §. 6. Hartvico non placet series haec rerum gestarum, sed inverso ordine primum ei videtur post devictos rebelles, constitutum fuisse monasterium sacri montis Pannoniae; postea ponit adventum Astrici, coenobium montis ferrei §. 7; postremo erectionem episcopatuum et ceterorum claustrorum, §. 8. Ubi tanem humani quid passus est sive

Digitized by Google

Hartvicus sive scriba eius, oblitus enim factae iam e loco postremo in primum translationis, repetit historiam hanc suo etiam loco, post episcopatus nimirum et constructiones ceterorum claustrorum. p. 43. Cumque videret theophilum, cuius consilio monasterium illud fundatur, ipsum esse Astricum iam metropolitam, de cuius adventu nondum scripserat, theophilis ponit, pluralem numerum pro singulari.

His accedunt differentia stili in excerptis duarum Legendarum manifestaque in Hartvicianis codicibus interpolationis vestigia. Vide §. octavum de metropoli Strigoniensi et episcopatu Colocensi, adnexumque specimen scripturae.

Quae difficultates et discrepantiae tam stili quam rerum in uno, et ceteris, ut iactatur, vetustiore scriptore, an et quomodo inter se conciliari possint, acumini eruditissimi censoris, qui omnes has difficultates, ante latam illam de antiquitate Hartvici sententiam vidit, et accurate expendit, decernendum relinquimus.

In fine demum censoriae suae castigationis sic ratiocinatur vir acutissimus: Qui e verbis Hartvici ad Astricum spectantibus, scriptorem hunc crimine falsi arguere vellet, ei ante omnia evincendum esset, Astricum re vera primum fuisse Strigoniensem archiepiscopum. Quod in quantum censor ipse novit nondum quisquam praestitit.

Si Colocensis Astrici episcopatus iam a primo Legendae auctore fuerat positus, ut censor amicis suis magno conatu persvadere nititur; rogandus est vir summus, explicet nobis, quo pacto et qua de causa coeperit Astricus Strigoniensis primus dici et scribi, non tantum in Maioris L. utroque manu exarato codice, sed etiam in posteriore, multifariam interpolato Warsawiensi; ubi de legatione romana Astrici praesulis Strigoniensis ecclesiae, et praesulis Ungarorum iterata mentio? (§. 8. 9.) Fors quia scriptoribus illis de primo archiepiscopatu Sebastiani et vicariatu Astrici nondum quidquam cognitum? Adfirmantis certe est docere, primam fuisse Astrici sedem Colocensem pro qua Strigoniensis in vetustioribus codicibus substituta sit: ut postea ope rasurae, et evagantis ad mar-

Digitized by Google

ginem scripturae, Colocensis iure, si diis placet, postliminii restitui possit et debeat.

Sed propter Sebastianum inquit, locus ille depravatus emendari debuit. Narratur enim capitis VI. §. 12o Sebastianum primum fuisse metropolitam Strigoniensem; cui oculis capto rex per consensum romani pontificis Astricum Colocensem substituerit. Post curationem vero eius, rursum per apostolici consilium, Sebastiano suae sedi restituto, Astricus ad suam ecclesiam cum pallio rediisse scribitur.

Hartvicus his, si coniectura non fallit, initia et originem archiepiscopatus Colocensis adumbrare voluit, ratus secundam hanc ecclesiae Hungaricae metropolim, priori Strigoniensi, aetate etiam fere aequalem esse.

At si seriem rei gestae, vimque verborum attentius perpendamus, doctrinam scriptoris cum de translatione episcoporum aetate S. Stephani usitata, tum de pallio archiepiscopatus insigni minus accuratam esse comperiemus.

Sebastianus opinione Hartvici archiepiscopus fuit Strigoniensis, Astricus episcopus Colocensis. Ille, cum caecitate praepeditus officio suo fungi non posset, abdicaveritne se sponte dignitate sua, an depositus fuerit, non dicitur. Astricus ei substituitur. Hoc verbum innuere videtur Sebastianum ad tempus duntaxat a functione muneris sui cessasse, nec Astricum a sede sua, qua interim quid factum sit siletur, translatum fuisse; cum utramque sedem post triennium adhuc illorum propriam permansisse adfirmetur: Sebastianus „suae sedi restitutus est.“ — Astricus „ad suam ecclesiam rediit.“

Sed svavis adversarius noster diserte declarat, Astricum verum archiepiscopum, a sede scilicet Colocensi ad Strigoniensem translatum fuisse. Confirmari videtur haec eius opinio mentione pallii, quod Astricus gestaverit, et quod vicariis dari non solet.

Si res ita se habet, nova existit difficultas, vacaveritne sedes Colocensis per totum triennium, et cur? Certe tam Sebastianus quam Astricus munere suo ante translationem se abdicare debuerunt; et si illis successores dati sunt, ad sedes suas sine consensu horum redire non poterant. Ex sola recuperatae valetudinis causa

Digitized by Google

nec rex nec pontifex solebat episcopum legitime translatum vel electum a sede sua removere.

Quod vero ad reditum Astrici ad sedem suam priorem cum pallio attinet, non est satis clarum, quid bonus noster Hartvicus lectoribus suis persvadere voluerit. Jusne palii in ecclesia episcopali gestandi ex indultu pontificis usque ad finem vitae Astricum retinuisse? Sed quid inde historiae accedit? Nihil certe. Astricus in sede sua episcopali fuisset quidem palliatus, sed nequaquam Unngarorum archiepiscopus, ut in monumentis annorum 1007—12 — et 1030 appellatur. Quia vivente vero archiepiscopo alter licet vicarius eius fuerit, eodem quo ille titulo sine iniuria uti non poterat.

Si autem, quod vero similius est, originem et incunabula archiepiscopatus Colocensis voluit Hartvicus nos edocere, cum ex usu pallii in ecclesia Colocensi continuato, successoribus Astrici metropolitani dignitatem adcrevisse autumat; oppido fallitur. Archiepiscopatum enim in illis partibus S. Ladislaus rex instituit, appellaturque Bachiensis, cuius suffraganeus erat episcopus Colocensis. Nec metropolim illam, ante coniunctam utramque dioecesim, circa medium seculum duodecimum, Colocensem quisquam vocavit. (Georgium Colocensis ecclesiae Vngrorum archiepiscopum in Leonis IX pp. bulla anni 1051 memoratum; item eundem Colocensem archiepiscopum ex Vngaria, ut Widricus abbas S. Apri scribit, anno 1050 Vesontione et Tulli commoratum, consulto praeterimus.) Titulus tamen Bachiensis usque annum 1179 in usu, ultimusque utitur eo Andreas archiepiscopus, ut apud Labbeum legitur Bahasnensis, qui concilio Lateranensi III-o interfuit; et in aliis chartis Colocensis etiam vocatur.

Quod ad consensum apostolici in hoc negotio attinet, consilium quidem regi petenti pontifex dare poterat: si vero ea mente haec auctor commemorat, ut lector eiusmodi consensum, in translationibus episcoporum, necessarium fuisse putet, inscitiam suam prodit potestatis circa sacra, qua usi fuerant reges Hungariae usque Geizam II. Paschalis II in epistola ad archiepiscopum Salonitanum: „Numquid hungarico principi dictum est: et tu confirma fratres tuos? Quid super episcoporum translationibus loquar, quae apud vos non auctoritate apostolica sed nutu regis prae-

Digitized by Google

ginem scripturae, Colocensis iure, si diis placet, postliminii restitui possit et debeat.

Sed propter Sebastianum inquit, locus ille depravatus emendari debuit. Narratur enim capitis VI. §. 12o Sebastianum primum fuisse metropolitam Strigoniensem; cui oculis capto rex per consensum romani pontificis Astricum Colocensem substituerit. Post curationem vero eius, rursum per apostolici consilium, Sebastiano suae sedi restituto, Astricus ad suam ecclesiam cum pallio rediisse scribitur.

Hartvicus his, si coniectura non fallit, initia et originem archiepiscopatus Colocensis adumbrare voluit, ratus secundam hanc ecclesiae Hungaricae metropolim, priori Strigoniensi, aetate etiam fere aequalem esse.

At si seriem rei gestae, vimque verborum attentius perpendamus, doctrinam scriptoris cum de translatione episcoporum aetate S. Stephani usitata, tum de pallio archiepiscopatus insigni minus accuratam esse comperiemus.

Sebastianus opinione Hartvici archiepiscopus fuit Strigoniensis, Astricus episcopus Colocensis. Ille, cum caecitate praepeditus officio suo fungi non posset, abdicaveritne se sponte dignitate sua, an depositus fuerit, non dicitur. Astricus ei substituitur. Hoc verbum innuere videtur Sebastianum ad tempus duntaxat a functione muneris sui cessasse, nec Astricum a sede sua, qua interim quid factum sit siletur, translatum fuisse; cum utramque sedem post triennium adhuc illorum propriam permansisse adfirmetur: Sebastianus „suae sedi restitutus est.“ — Astricus „ad suam ecclesiam rediit.“

Sed svavis adversarius noster diserte declarat, Astricum verum archiepiscopum, a sede scilicet Colocensi ad Strigoniensem translatum fuisse. Confirmari videtur haec eius opinio mentione pallii, quod Astricus gestaverit, et quod vicariis dari non solet.

Si res ita se habet, nova existit difficultas, vacaveritne sedes Colocensis per totum triennium, et cur? Certe tam Sebastianus quam Astricus munere suo ante translationem se abdicare debuerunt; et si illis successores dati sunt, ad sedes suas sine consensu horum redire non poterant. Ex sola recuperatae valetudinis causa

Digitized by Google

nec rex nec pontifex solebat episcopum legitime translatum vel electum a sede sua removere.

Quod vero ad reditum Astrici ad sedem suam priorem cum pallio attinet, non est satis clarum, quid bonus noster Hartvicus lectoribus suis persvadere voluerit. Jusne palii in ecclesia episcopali gestandi ex indultu pontificis usque ad finem vitae Astricum retinuisse? Sed quid inde historiae accedit? Nihil certe. Astricus in sede sua episcopali fuisset quidem palliatus, sed nequaquam Unngarorum archiepiscopus, ut in monumentis annorum 1007—12 — et 1030 appellatur. Quia vivente vero archiepiscopo alter licet vicarius eius fuerit, eodem quo ille titulo sine iniuria uti non poterat.

Si autem, quod vero similius est, originem et incunabula archiepiscopatus Colocensis voluit Hartvicus nos edocere, cum ex usu pallii in ecclesia Colocensi continuato, successoribus Astrici metropolitani dignitatem adcrevisse autumat; oppido fallitur. Archiepiscopatum enim in illis partibus S. Ladislaus rex instituit, appellaturque Bachiensis, cuius suffraganeus erat episcopus Colocensis. Nec metropolim illam, ante coniunctam utramque dioecesim, circa medium seculum duodecimum, Colocensem quisquam vocavit. (Georgium Colocensis ecclesiae Vngrorum archiepiscopum in Leonis IX pp. bulla anni 1051 memoratum; item eundem Colocensem archiepiscopum ex Vngaria, ut Widricus abbas S. Apri scribit, anno 1050 Vesontione et Tulli commoratum, consulto praeterimus.) Titulus tamen Bachiensis usque annum 1179 in usu, ultimusque utitur eo Andreas archiepiscopus, ut apud Labbeum legitur Bahasnensis, qui concilio Lateranensi III-o interfuit; et in aliis chartis Colocensis etiam vocatur.

Quod ad consensum apostolici in hoc negotio attinet, consilium quidem regi petenti pontifex dare poterat: si vero ea mente haec auctor commemorat, ut lector eiusmodi consensum, in translationibus episcoporum, necessarium fuisse putet, inscitiam suam prodit potestatis circa sacra, qua usi fuerant reges Hungariae usque Geizam II. Paschalis II in epistola ad archiepiscopum Salonitanum: „Numquid hungarico principi dictum est: et tu confirma fratres tuos? Quid super episcoporum translationibus loquar, quae apud vos non auctoritate apostolica sed nutu regis prae-

Digitized by Google

sumuntur?". 1102. C. D. II. 33. Katona Hist. Crit III. p. 147—157. Stephanus III rex: „Devotionem venerandae memoriae regis G(eizae) patris nostri imitari volentes, constitutionem super depositione et transmutatione episcoporum, quod in suis posteris D. Alexandro papae (electus anno 1159) et suis successoribus noscitur contulisse, videlicet, quod absque auctoritate et consilio eius et successorum suorum depositionem seu translationem episcoporum non faceret, vel fieri permitteret confirmamus, et tam in nobis, quam in posteris nostris inviolabiliter duraturam censemus." 1169 c. D. II. 181.*) Petrus etiam rex deposuerat olim duos episcopos, pro quibus alii ordinati fuerant, teste monacho synchrono: „Igitur rex idem (Aba 1041) habito synodico concilio cum omni episcoporum et principum consilio omnia decreta rescindi statuit, quae Petrus iniuste secundum libitum suum disposuit; et episcopis duobus pontificia vi sublata reddere voluit, sed quia alii ordinati erant, hoc romani praesulis iudicio reservandum censuit." Ann. Altah. SS. XX. 795.

Longiori temporis intervallo abesse ab anno 1160 et 69 oportet scriptorem, qui translationem et restitutionem Astrici consensu et consilio apostolici fieri debuisse arbitretur.

Ignorabat denique Hartvicus, origines metropoleos enarrare adgressus, pallium de sede ad sedem non transferri; docente Innocentio III in epistola ad capitulum Strigoniense: „Eundem archiepiscopum (Joannem) a vinculo quo tenebatur Colocensi ecclesiae absolventes, ad metropolim Strigoniensem transferimus, et ei licentiam tribuimus transeundi; pallium ei ad nomen et usum eiusdem ecclesiae transmissuri." 1205. C. D. III. 1. 28.

Sed tota haec de caecitate et curatione Sebastiani, redituque Astrici ad sedem Colocensem cum pallio narratio, a quodam rerum ecclesiasticarum minus gnaro, et historiam archiepiscopatus Bachiensis nesciente, seculo decimo tertio fuerit conficta.

---

*) Videtur tamen depositio Stephani Colocensis regnante Bela III ex rationibus politicis facta. Adnotationes chronologicae seculi 12-i: „Dux Geyza transiuit de haustria in boemiam, unde a rege fratre suo reductus est in ungariam. Wata comes cecatur. Stephanus Colocensis episcopus deponitur." 1187. p. 4. Endl. Mon. p. 57.

Digitized by Google

Non est tamen censor noster tam iniquus, ut nihil omnino boni in disquisitionibus nostris reperiri posse contendat. Laudat enim diligentiam auctoris in recensione codicum, et latinitatem stili non iniucundam. Se denique eo fine observationes suas in publicum protulisse praedicat, ne argumenta contra fidem historicam Hartvici militantia, licet vana et levia, auctoritati tamen eius, nullo contradicente officere possint.

Mirabuntur doctiores confidentiam hominis opiniosissimi, qui rem multis et gravibus argumentis confirmatam, non iam idoneis rationibus refellere, sed sententia duntaxat et auctoritate sua convellere se posse existimet. Nos talibus moderatorum rei literariae in Hungaria, (quorum unus, ut aliqui putant, censor iste) decretis adsveti sumus. Plerique enim popularium nostrorum doctrinam scriptoris non qualitate, sed copia editorum librorum metientes, loquacissimi cuiusque sententiam, in dirimendis controversiis literariis, praeferre solent.

Quod vero censor noster initio observationum suarum queritur, in consvetudinem iam venisse, obtrectare per omnia Hartvico; id ad fabularum augendae antiquitatis vel auctoritatis gratia, priscis illis ignorantiae temporibus confictarum defensionem referri videtur: ut scilicet seposito veritatis studio, gratiae Hartvici, quia ambitioni nonnullorum sic expedit, velificandum esse noverimus. Sed vani hi conatus; leges enim historiae nunquam antiquabuntur: „Quis nescit primam esse historiae legem, nequid falsi dicere audeat; deinde ne quid veri non audeat, ne qua suspicio gratiae sit in scribendo, ne qua simultatis. Haec scilicet fundamenta nostra sunt.“ Cicero de Or. II. 15. Et erunt semper scriptores, qui nec pecuniae, „quam nemo sapiens concupivit,“ (Sallust. Cat. 11.) nec partium studio ducti, leges has observabunt.

Postremo quid auctoritas personati Hartvici in tuenda collectitii huius operis fide praestiterit, lectores iudicabunt. Nobis certe tam laudatione, quam reprehensionibus suis, in commendando libro nostro proxenetae munus suscepisse videtur. Vituperatio enim nullis, vel levibus nixa argumentis optima est operis commendatio.

Quinque-Ecclesiis 1883. Typis Michaelis Taizs.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google